

Biblioteka Jagiellonska.



DIG 1101

kat.komp.

311190 I

Sl. Dr. Mag.

PHILOLOGIA.

N.

x.a.15.

Biblioteka Jagiellońska



stdr0000190



833700



311190

I St. Dr.

Gram. 316.

xx. 1. 16.

COMPENDIOSA
ITALICÆ LINGVÆ
INSTITVTIO,

I N

*Polonorum gratiam collecta, &
in lucem edita.*

Authore
FRANCISCO MESGNIEN
Lotharingo.



Cum Gratia & Priuil. S.R.M. Polon. & Suec.

D A N T I S C I,

Sumptibus GEORGII FÖRSTERI
Bibliopolæ Regij, A. D. 1649.


311190

I St. Druki

BIBLIOTE. UNIV.



REG. UNIV.



ILLVSTRISSIMO DOMINO,

D. STANISLAO

LVBOMIRSKI

Comiti in Wiśnicz,

ILLVSTRISSIMI DOMINI,

D. GEORGII

Comitis in Wisnicz

LVBOMIRSKI,

Minoris Poloniae Generalis,

Cracouiensis, Chmielnicensis, Scepuen-
sis, Dopczycensis, &c. &c. Praefecti

FILIO.

Domino Domino meo Colendissimo,

B Inam Italici atq; Gallici ser-
monis Grammaticam Tibi
adfero ILLVSTRIS-
SIME DOMINE; par fortasse

Az

tenella

P R Æ F A T I O.

tenella tuæ ætati, sed impar generi ac virtuti munus. Equidem ego hos tam viles, & suomet nomine obscuros ingenij mei labores nunquã in sinum splendoris Tui deferrem, nisi me Tuus singularis addiscendarum linguarum ardor quãdam patrocinijs sui fiducia cunctantem animaret. Bonum enim uerò istud & genere suo dignum animi Tui desiderium est, etiam paruis passibus magna metiri velle; & in primo ætatis flore quascunq; honestissimarum artiũ licet hæ peregrino habitu plerisq; ignotæ ueniant difficultates conari superare. Amoris ego hoc in Patriam aliquod esse indicium non incongruè dixerim; quod cum Tibi exteris Gentium ditio- nes Regni finibus unire per ætatem nondum liceat illarum saltem linguas alacri ingenij labore quasi debellare,
 & in

P R Æ F A T I O.

& in Patrij sermonis fidem vocare studeas. Quod si magnum id est per ora Gentium (quæ merces recte factorum genuina est) ferri, quantum id erit antequam vires quidpiam in laudis premium facere patientur, eadem ora possidere; eò libentiùs de Tuo nomine postmodum locutura, quò gratiùs unicuiq; amicorum quam alienorum probantur facta. Futurum esse existima **ILLVSTRISSE DO-**
MINE, vt Nationum diuersarum ingenia, quæ aliorum, quod sæpè fit, Heroum Gloriã non nisi admirantur, in Te supra hoc inueniant aliquid sui quod ament. Magnum quippe est, in hominibus mutui nexus fundamentum, & quoddam amoris incentiuum, aliqua inter se vt animorum consensio ita & linguarum. Neq; hæc idè dico,
 A 3 quasi

P R Æ F A T I O.

quasi desint alia quibus amorem No-
mini Tuo Illustrissimo in quacunq̄ to-
tius vniuersi parte comparare valeas.
Præsto est illa quæ in omnium sensibus
atq̄ animis viget Maiorum Tuorum in
rebus præclare gestis Gloria, quæ in
tantum Generis Tui extulit clarita-
tem, vt quotquot ex eo mundus nasci
videat homines, totidem Soles oriri
contempletur. Omnium rapis animos
Generose **LVBOMIRSCIO-
RVM** Sanguis, dum & ab ipsis in-
fantia Tuæ exordijs iam se Natiuum
Gentilitiæ virtutis iubar liberalius eri-
git, & serenum omnis felicitatis meri-
diem Polonæ Reipublicæ, toto id ipsum
approbante orbe, pollicetur. Sane quis-
quis vel à cunis Illustrissimum Tuum
Nomen prodire audit, tenere se non
potest, quin Patriæ salutem cogitet.

Neq̄

P R Æ F A T I O.

Neq̄ enim immemor Orbis est, quantis
è periculis fluctuantem Patriam quasi
sinu suo complexam Maiores Tui ex-
tulerint, atq̄ optatæ malaciæ restitue-
rint. Illorum hæcenus periculo seruati
vixerunt Ciues, qui etiam nunquam
tantum de suâ, quantum de illorum sa-
lutis bono vota superis frequentârunt.
Audio ipse etiam nunc voces hominum
(sola tacente inuidiâ) passim in gra-
tulabundos venire plausus, quod hodie
oculis suis spectare liceat viua adhuc
Reipub. lumina, Auum scilicet Tuum
fortunatissimum æquè ac piissimum
**STANISLAVM LVBOMIR-
SKI** Palatinum Cracouiensem, &
Parentem Tuum Illustrissimum **GE-
ORGIVM LVBOMIRSKI**
Generalem Cracouiensem, Viros Pa-
triæ utilissimos, & boni publici semper

A 4

aman-

PRÆFATIO.

amantissimos, quorum vitam quia ab occasu vindicare quod omnes velent, non possunt, serum precantur. Te verò ipsum ILLVSTRIS-
SIME DOMINE, quidni Gentium amorem vocem? vivere vix capisti, & iam vota omnium atq; animos mancipasti. Nemo hominum est, qui non ex ipso annorum Tuorum vere vberes maturioris etatis fructus Patriæ Tuæ appromittat, tantò certius futuros, quanto quisq; felicius in Te, quam in alijs virtutis cursum etate celeriore esse experitur. Narcissum ego Te hîc esse cuperem ILLVSTRIS-
SIME DOMINE, Gentilitio Tuo Flumini contemplando aliquantulum immorantem: foret non dubito, vt singulari fortunæ voto vir-
tutum

PRÆFATIO.

tutum Tuarum facies, virtutibus Maiorum apprimè conformari gauderes; atq; exinde cognosceres LVBO-
MIRSCIORVM esse virtutis transmissæ à Maioribus, cum vitâ patrimonium accipere. Porrò cum virtutis huius pulchritudinem rudi meo calamo adumbrare non liceat, etiam de illius laudibus quidpiam disserere minimè conuenit. Nomen Tuum Illustrissimum Gram-
matico venerari sufficit. Quod cum facio, simul hos ingenij mei labores submississimo quo par est affectu Tibi dedico; magnum operæ habiturus pretium, si muneris mei tenuitatem beneuoli animi Tui humanitate metiaris. Perge ILLVSTRIS-
SIME DOMINE, & eum quem cepisti virtutis ac sapientiæ tra-

PRÆFATIO.

mitem DEO duce, Patria fauente, nostris omnium votis comitantibus ita percurre, vt secula Maiorum Tuorum felicitate victa iterum vincas.

Illustriss: Celsitudinis Tuæ
Voto & obsequio
promptissimus feruus
FRANCISCVS MESGNIEN
LOTHARINGVS,

RVDI-



I

RVDIMENTA
LINGVÆ
ITALICÆ.

De Literis earumq; pronunciatione.

Lingua Italica habet literas viginti:
Lab c d e f g h i l m n o p q r s t u x.
A pronunciatuꝛ aperto ore sicut *â* Polonicum.
B vt apud Latinos.
C ante *a o u l* & *r* vt apud Latinos, seu vt *k*; sed ante *e* & *s* pronunciatuꝛ ferè vt *c* punctatum apud Polonos, v. g. *cectâ, cactas, slepotâ* / scriberet Polonus *cicctâ*.
Sc autem ante *e* & *s* paulò duriùs quàm *ś* apud Polonos, v. g. *Scemare, minuere, vniuersyc* / duriùs quàm *siemare*.
Ch vt *k*. vt *Chi* lege *kj*.
D vt apud Polonos.
E duplex est, apertum vt in dictione *testa, caput, glowa* / & clausum vt *Sero, Serus, prawdzimy* / hoc profertur ferè vt in dictione Polonica *iedz / comede*; illud nempè apertum vt in *iesi / comedere*; sed quia regulis comprehendi non potest, in quibus dictionibus dictum *e* sit apertum, in quibus sit clausum, vñum tibi Magistrum relinquo. Qui etiam
velim

velim te doceat prononciationem literæ *o*, quæ similiter duplex est, aperta & clausa, &c.

F vt apud Latinos.

G ante *a o u l* & *r* vt in Latinis, ante *e* & *i* molliùs ferè vt *dz* apud Polonos; *Gesto*, *gestus*, quasi *dz.esto*.

Gh vt *g* Germanicum & Polonicum, v. g. *ghirlanda*, *sertum*, *wientec*.

Gn æquiualeat ferè *ñ* cum puncto apud Polonos, vt *ingegno*, *ingenium*, *dotwip* / quasi *mdz.ienio*.

Gl vt *li*, vt *Giglio*, *lilium*, *lilia* / vt *dz.lilio*: unde *figliuolo*, *filius*, *syn* / est trisyllabum & legitur ferè vt *filio* proferendo tamen tantillum *u*.

H nunquam aspiratur, sed additur aliquibus uocibus propter orthographiam, vt *Honore*, *honos*, *czesć* / proferitur *Onore*.

I l m p r s t u prononciantur vt in Latinis.

Q semper sequitur *u*, quod distinctè vt uocalis prononciatur, non verò vt consonans quemadmodum apud Polonos, v. g. in *quare*, quod legunt quasi *kware* vel *kfare*; Itali autem legunt *quare*, *u* tamen breuiter prolato, ita vt sit vna syllaba illud *qua* seu *qua*. Exemplum *quale*, *quis*, *Etory*.

Ti sequente uocali legitur vt *tsi* vt apud Latinos, sed rarò inuenitur cum in vicem eius moderni adhibeant *z* (vel etiam *s* cum virgulâ suppositâ, sic Io. Franciscus Biondi scribit *notizia*, *prudenza*, &c. quod ergo *s* æquiualeat omninò *c* simplici Polonico) Exempl: *Notizia*, *notitia*, *znaiomosc* / *az.ione*, *actio*, *sprawa* / scribuntur etiam *notitia*, *attione*.

V ante aliam uocalem fit sæpè consonans vt in Latinis.

Z Prononciatur vt *dz* apud Polonos, *Zelo*, *zelus*, *zawliwosc* / *mezo*, *medium*, *szzodef* / quasi *dz.zelo*, *medzo*,

medzo, aliquando vt *ss*, vt in dictionibus semilatinis ubi *r* vertitur in *z*, quod supra innui, v. g. *orazione*, *oratio*, *modlitwa* / *deuotione*, *deuotio*, *uzbozenstwo* / *gratia*, *gratia*, *laska* / quod tamen alij malunt scribere *deuotione*, *gratta*, &c. præterea quando dictum *z* ponitur post aliquam consonantem, vt *senz.a.sine*, *bez* / *prudenz.a*, *prudencia*, *rosztropnosć* / *bellezza*, *pulchritudo*, *piekność* / *prezza*, *pretium*, *centa* / & similia, lege *prezzo*, *bellezza*, *prudenza*, &c. ubi uides in dictis exemplis cum *zz* duplicatur, prononciari utrumq; vt *ss*. Inde tamen excipiuntur aliqua in quibus duplex *zz* proferitur vt *dz*, vt sunt *bizzarro*, *mirabilis*, *dzimny* / *mezzo*, *medium*, *pul* / *orzo*, *hordeum*, *ieczmień* / *rozzo*, *rudis*, *gruby* / quod tamen alij scribunt *rozo* vt & *mezo*.

In nonnullis uocabulis *z* simplex, nulla præcedente consonante proferitur etiam vt *ss*, talia sunt *Zio*, *patruus*, *stryy* / *zoccolo*, *Zana*, *Zeppa*, *Zappa*, *lego*, *zecca*, *Zolla*, *Zucca*, *cucurbita*, *bania*.

In uocabulis semilatinis loco *x* utimur duplici *ss*: vt *esempio*, *exemplum*, *przyklad*; loco *xc* utimur duplici *cc*: vt *Eccellente*, *excellens*.

Loco *st* & *pt* utimur duplici *tt*: vt *Atto*, *actus*, *bczyneć* / *corrotto*, *corruptus*, *zepsowany*; tandem loco *ps* utimur *s*: vt *Salmo*, *Psalms*, *Psalms*.

Ia diphtongus & *ie ij io iu* breuissime prononciantur, & unam faciunt syllabam: vt *Gia*, *sam*, *uz* / *piu*, *pius*, *wiecey*. Sic *uo* sæpè est diphtongus, breuiterq; quasi esset vna syllaba proferitur, æquiualeatq; *o* Polonico rudiori more prolato: vt *Buono*, *bonus*, *Dobry* / *huomo*, *homo*, *czlowiek* / scriberet Polonus *omo*. Cæterum & *i* ante *a*, & *u* ante *o* constituunt duas syllabas: vt *Sia*, *sit*, *niech* / *bedzie* /

bedźcie / suo, suus, swooy / cum penultima seu primâ longâ.

De Accentu & Apostropho.

Accentu graui distinguuntur aliqua monosyllaba ab alijs, vt *e* sine accentu significat *Es, y / cum accentu e, est, uest.* Ne sine accentu est particula relatiua rei ante nominatâ, *ne* cum accentu significat *nec, sibi.* *Li* cum accentu significat *ibi, tam / sine accentu est articulus in Plurali.*

Notantur præterea accentu graui multa monosyllaba in *ia* *io* vel *iu*: vt *Già, iam, iuz / giu, infra, uadole / più, plus, wiecey / ciò, hoc, to / su, esa, nuż.* Item *però & perciò, idcò, przeto.*

Præterea nomina in *a* vel in *u* deriuata à Latinis in *as* vel *us*, Genitiuum in *atis* vel *uis* habentibus: vt *Verità, Veritas, prawdâ / pouertâ, paupertas, uboſtuo / Virtù, Virtus, cnotâ.*

Item tertia persona singularis Perfecti simplicis Indicatiui Verborum primæ Coniugationis: vt *Amò, amauit, umilował / cantò, cantauit, zaśpiewał / necnon prima & tertia singularis Futuri Indicatiui in omnibus uerbis: vt Amerò, amabo, umilute / amerâ, amabit; sarò, ero, bede / sarâ, erit, bedźcie.* Vbi nota circa Orthographiam, quòd si post tales personas accentu graui notatas, ponenda sit aliqua particula monosyllaba relatiua, tunc dicta particula annectitur uerbo & geminat primam suam litteram: vt *Vedrollo, Videbo eum, obaczę go / Gedraſſe, Videbitur, obaczę sie.* Quod melius vsus docebit.

Apostropho eliditur vltima vocalis in monosyllabis, præsertim cum sequens dictio incipit à vocali: vt *P' errore, error, błęd / pro lo errore, so credo ch' altro non sai; pro che altro, & in hoc quidem che eliditur etiam*

etiam

etiam plerumq; *h*, quando sequens dictio incipit ab *h*: vt *Sò c' hauria Virtù, &c. Scio quòd haberes, wtem źeby miał / zc. pro che hauria.*

In *gli, i* non eliditur nisi sequente *s*: vt *gli amori, amores, miłości / gl' impij, impij, niezboźni*; in legendo tamen illud *gli amori*, legitur quasi esset trisyllabum, faciendo vnâ syllabam ex *glia: glia, mo, ri.*

Cæterum multa etiam polysyllaba apostrophum admittunt sequente vocali, imò sequente consonante amittunt sæpè vltimam syllabam sine apostropho: vt *En bell' huomo, pulcher homo, grzeczny człowiek / En bel Gioiuanè, egregius adolescens, grzeczny młodzieniec.* Apostropho etiam interdum eliditur *i* in *il*, cum illud *il* ponitur post monosyllabum in *e* definens: vt *Se' l tempo lo permetto, Si tempus sinat, teſli czâs pozwołi / che' l cielo, Et calum, źe niebo.* Vtuntur Poëtæ frequentius & in plurimis alijs casibus hac apostropho. In prosa autem non est adeò frequens, imò etiam litera elisa apostropho tantillum auditur seu pronunciat, vt vsus docebit. Et hæc quo ad lectionem & orthographiam sufficient.

De Articulis.

Articuli sine quibus nomina declinari nequeunt, nihil aliud sunt quàm particule quædam, quæ apponuntur nominibus ad dignoscendos casus.

Articulum triplicem statuimus, Finitum scilicet qui significationem vocis cui adiunctus est definitam reddit. Infinitum qui significationem efficit indeterminatam, & Indefinitum qui licet vnâ rem significet, tamen non determinat quæ illa sit, vtrum hæc

hæc an illa, & est ipsum *Uno, Una, Unus, Una, Ieden / tednâ / tedno /* cuius inflexio infra ponetur. Articulus finitus triplex est, *el, la, lo.* Il præponitur nominibus masculini generis à consonante incipientibus. *La* nominibus feminini generis à consonante similiter incipientibus. *Lo* nominibus masculini generis quæ incipiunt à duabus consonantibus, quarum prima est *s*, v. g. *lo Spirito, Spiritus, Duch.* Præponitur etiam iste articulus *lo* nominibus quæ incipiunt à vocali, tunc tamen eliditur *o*, v. g. non dicitur *lo ingegno* sed *l' ingegno*. Sic autem inflectuntur.

	Masc.	Pluraliter.
Singulariter.		
N. <i>Il, Hic.</i>	}	N. <i>Li</i> vel visitatiùs <i>i.</i>
G. <i>Deli.</i>		G. <i>Delli, dei,</i> vel per apostrophem <i>de'.</i>
D. <i>Al.</i>		D. <i>Alli, ai,</i> vel <i>a'.</i>
Ac. <i>Il.</i>		Ac. <i>Li</i> vel <i>i.</i>
Ab. <i>Dal.</i>		Ab. <i>Dalli, dai, da'.</i>

Notandum quòd in omnibus declinationibus Nominatiuus & Accusatiuus sint semper similes, vt patet in exemplis.

	Fæm.	Pluraliter.
Singulariter.		
N. <i>La, Hæc.</i>	}	N. <i>Le.</i> } Quando præponitur nomini-
G. <i>Della.</i>		G. <i>Delle.</i> } bus à vocali in-
D. <i>Alla.</i>		D. <i>Alle.</i> } cipientibus, eli-
Ac. <i>La.</i>		Ac. <i>Le.</i> } ditur vltima vo-
Ab. <i>Dalla.</i>		Ab. <i>Dalle.</i> } calis, & g. non dicitur <i>la anima</i> sed <i>l' anima,</i> <i>Anima, Duffâ.</i>

Lo.

	Lo.	Pluraliter.
Singulariter.		
N. & Ac. <i>Lo.</i>	}	N & Ac. <i>Gli</i> vel aliquâdo <i>li.</i>
G. <i>Dello.</i>		G. <i>Degli</i> vel <i>delli.</i>
D. <i>Allo.</i>		D. <i>A gli</i> <i>alli.</i>
Ab. <i>Dallo.</i>		Ab. <i>Dagli</i> <i>dalli.</i>

Articulus infinitus res tantummodò casus habet, nam nomina quæ hunc articulum requirunt in Nominatiuo, Accusatiuo, & Vocatiuo, simpliciter absq; vllò articulo efferuntur. Sic ergo inflectitur.

Genitiuo *Di.*
Datiuo *A* vel aliquando *ad* si sequatur vocalis.
Ablatiuo *Da.* In vtroq; genere & numero.

Articulus indefinitus sic inflectitur.

Masc.
Nom. & Accus. *Vno* vel *Un,* vel *Un'* ante vocalem.
Genit. *Di Uno,* vel *d' Un.*
Dat. *A Uno.*
Ablat. *Da Uno.*

Fæm.
Nom. & Accus. *Vna,* ante vocalem *Un'.*
Genit. *Di Una.*
Dat. *A Una.*
Ablat. *Da Una.*

Plurali propriè carent nomina quæ requirunt hunc articulum in singulari; si tamen pluraliter efferenda sunt, aut sine articulo efferuntur in Nominatiuo & Accusatiuo, aut admittunt in dictis casibus Nominatiuo & Accusatiuo plurali, *dei* vel *delli*, v. g. *Un melo*, in plurali *mele*, vel *delle mele*.

Horum Articulorum vsum habebis in Syntaxi.

B

DE

DE NOMINE

eiusq; Accidentibus.

DE GENERIBVS.

Sciendum propriè in lingua Italica duo tantùm esse Genera Masculinum scilicet & Fæmininum. Quæ nomina apud Latinos sũnt Fæminini generis, vt plurimùm sũnt etiam Fæminini generis apud Italos. Quæ autem in lingua Latina sũnt Masculini & Neutrius, in Italica referuntur ad Masculinum genus paucis exceptis quæ vsus docebit.

De Comparatione.

Comparatiuus fit à Positiuo addendo particulam *più* v. g. *bello, pulcher, pietny / più bello, pulchrior, pietenteyssy*. Superlatiuis fit à Positiuo mutando vltimam vocalem in *issimo*: vt *bello, bellissimo, pulcherrimus, pietenteyssy*. Excipiuntur ab hac regula paucaquæ irregulariter formantur, v. g. *buono, bonus, dobry / migliore, melior, bonissimo, & aliquando ottimo, optimus, nalepsy*. *Malo* vel *Cattiuo*, *malus, zły / peggiore* vel *più cattiuo, peior, gorssy / malissimo, cattiuissimo, & pessimo, pessimus, natorssy / grande, magnus, wielki / più grande, maior, wielssy / grandissimo, rariùs massimo, maximus, nauwielssy / picuòlo, paruus, più picuòlo, & minore, minor, minieyssy / picuòlissimo, minimo, minimus, naminieyssy*.

Inue-

Inuenitur etiam *inferiore, inferior, niżssy / infimo, infimus, nanižssy / superiore, superior, wyžssy / supremo, supremus, naywyžssy / & similia*.

De motione Nominum Adiectiuorum.

Quodlibet Adiectiuum desinit in *o*, vel in *e*. Quod in *o* desinit, mutat illud in Fæminino in *a*, *buono, bonus, dobry / buona, bona, dobra*. Quod exit in *e*, nihil mutat in Fæminino, vt *prudente, prudens, rostropny / in vtroque genere, gentile, elegans vel nobilis, ludzki / &c*.

De Declinationibus Nominum.

Nullam propriè Declinationem habent Itali, sed casus distinguunt per articulos, de quibus iam dictum est, quia tamen mutatur terminatio in plurali, tradendæ primò aliqua breues regulæ huius mutationis, postea substituenda exempla quomodo adhibeantur articuli in vtroque numero.

Primò ergò sciendum in genere Masculino quælibet terminatio fuerit in singulari mutari vltimam vocalem in *s* in plurali, v. g. *il libro, liber, Xiegá / s libri, libri, xiegi; il prudente, prudens, rostropny. li prudenti, prudentes, rostropni / l animale, animal, zwierz / gl animali, animalia, zwierze / il Papa, Papa, Papież / li Papi, Papa, Papieżowie*. In genere Fæminino quæ in singulari exeunt in *a*, mutant illud in *e*, in plurali: vt *la donna, mulier, białogłowa / le donne, mulieres, białogłowy*. Quæ in *e* in singulari, mutant illud in *s* in plurali; vt *la moglie, Exor, żoná / le mogli, Exores, żony / la ragione, ratio, przyczyna / le ragioni, rationes, przyczyny*.

Bz

Vnum

Vnum inuenitur Fæmininum in *o*, *la mano*, *manus*,
habet in plurali *le mans*.

Quæ desinunt in singulari in aliquam vocalem accentu
gravi notatam, nihil mutant in plurali, v. g. *la Vir-
tù*, *Virtus*, *le Virtù*, *Virtutes*, cnoty. Addunt ta-
men aliqui per elegantiam incrementum *le Virtudi*.

Quæ in singulari habent *co*, vel *go*, habent in plurali
chi vel *ghi*: vt *banco*, *scannum*, *banchi*, *scanna*,
lâtoy / *borgo*, *suburbium*, *przedmieście* / *borghi*,
suburbia, *przedmieścia*.

Sic in Fæminino quæ habent in singulari *ca*, vel *ga*,
in plurali habent *che*, vel *ghe*, v. g. *bianca*, *alba*,
biata / *bianche*, *alba*, *biata* / *piaga*, *Gulnus*, *râna* /
piaghe, *Gulnura*, *râny*. *Huomo*, *homo*, *człowiek* /
facit gl' huomini, *homines*, *sudzie*.

Inueniuntur aliqua quæ habent pluralem in *a*, cum
articulo fæminino præter regularem terminatio-
nem: vt *il membro*, *membrum*, *członek* / *le mem-
bra* & *i membri*, *membra*, *członki* / *il dito*, *digitus*,
pálec / *le dita*, & *i diti*, *digiti*, *pálce* / *il legno*, *li-
gnum*, *le legna*, & *i legni*, *legna*, sic *corno*, *cornu*, *rog* /
& *braccio*, *brachium*, *râmie* / *calcagno*, *calcaneus*,
lenzuolo, *synon*, *prześcieradło* / *muro*, *murus*,
mur / *riso*, *risus*, *smiech* / *filo*, *filum*, *nić* / *budello*,
kiszká / *osso*, *os*, *kość* / *labro*, *labium*, *wârgá* /
foglio, *folium*, *liście* / *ouo*, *ouum*, *tâto* / habet tan-
tum *Soua* vt *paro* & *paio*, *par*, *pará*; *ginocchio*,
genu, *Koláno* / habet *i ginocchi* & *le ginocchie*, *genua*,
vt & *orecchio*, *auris*, *ucho*.

Pari, *par*, *rowny* inuenitur in utroq; numero & ge-
nere, v. g. *mio pari*, *moy rowny* / *mia pari*, *moić*
rowna / *pari tuoi*, *rowni troi* / *le pari vostro*, *rowne*
wáſſe / quanquam dicamus in singulari *En par mio*,
rowny moy.

Exempla

Exempla Declinationum.

Singulariter.	Pluraliter.
N. <i>Il Libro</i> , <i>Liber</i> .	{ N. <i>I Libri</i> .
G. <i>del Libro</i> .	{ G. <i>de i Libri</i> .
D. <i>al Libro</i> .	{ D. <i>a i Libri</i> .
Ac. <i>il Libro</i> .	{ Ac. <i>i Libri</i> .
V. <i>Libro</i> .	{ V. <i>Libri</i> .
Ab. <i>dal Libro</i> .	{ Ab. <i>da i Libri</i> .
Singulariter.	Pluraliter.
N. <i>Il Banco</i> , <i>Scannum</i> .	{ N. <i>I vel ls Banchi</i> .
G. <i>del Banco</i> .	{ G. <i>delli Banchi</i> .
D. <i>al Banco</i> .	{ D. <i>alli Banchi</i> .
Ac. <i>il Banco</i> .	{ Ac. <i>li Banchi</i> .
V. <i>Banco</i> .	{ V. <i>Banchi</i> .
Ab. <i>dal Banco</i> .	{ Ab. <i>dalli Banchi</i> .

Alia.

Singulariter.	Pluraliter.
N. & Ac. <i>Il Poeta</i> .	{ N. & Ac. <i>I Poeti</i> .
G. <i>del Poeta</i> .	{ G. <i>de' Poeti</i> .
D. <i>al Poeta</i> .	{ D. <i>a' Poeti</i> .
V. <i>Poeta</i> .	{ V. <i>Poeti</i> .
Ab. <i>dal Poeta</i> .	{ Ab. <i>da' Poeti</i> .
Singulariter.	Pluraliter.
N. & Ac. <i>Lo Scolare</i> .	{ N. & Ac. <i>Li vel glé</i>
Student.	{ <i>Scolari</i> .
G. <i>dello Scolare</i> .	{ G. <i>delli Scolari</i> .
D. <i>allo Scolare</i> .	{ D. <i>alli Scolari</i> .
V. <i>Scolare</i> .	{ V. <i>Scolari</i> .
Ab. <i>dallo Scolare</i> .	{ Ab. <i>dalli Scolari</i> .

B3

A Vocali

A vocali incipientis.

Singulariter.

N. & Ac. L' *Angiolo.* }
Angelus, Anjot. }
 G. dell' dello *Angiolo.* }
 D. all' *Angiolo.* }
 V. *Angiolo.* }
 Ab. dall' *Angiolo.* }

Pluraliter.

N. & Ac. Gl' *Angioli.* }
 G. de gl' *Angioli.* }
 D. agl' *Angioli.* }
 V. *Angioli.* }
 Ab. da gl' *Angioli.* }

Exempla Feminini Generis.

Singulariter.

N. & Ac. La *Donna.* }
Femina. }
 G. della *Donna.* }
 D. alla *Donna.* }
 Ab. dalla *Donna.* }

Pluraliter.

N. & Ac. Le *Donne.* }
 G. delle *Donne.* }
 D. alle *Donne.* }
 Ab. dalle *Donne.* }

Singulariter.

N. & Ac. La *Sorte.* }
Sors. Przypadek. }
 G. della *Sorte.* }
 D. alla *Sorte.* }
 Ab. dalla *Sorte.* }

Pluraliter.

N. & Ac. Le *Sorti.* }
 G. delle *Sorti.* }
 D. alle *Sorti.* }
 Ab. dalle *Sorti.* }

A vocali incipientis.

Sing. Nom. L' *Anima, Duffa.* Gen. dell' *Anima.*Dat. all' *Anima.* Ab. dall' *Anima.*Plur. Nom. Le *Anime.* Gen. dell' *Anime.*Dat. all' *Anime.* Ab. dall' *Anime.*

Exem.

Exemplum cum Articulo infinito.

Nom. Accus. & Voc. *Pietro, Petrus, Piott.*Gen. di *Pietro.* Dat. a *Pietro.* Ab. da *Pietro.*Nom. Accus. & Voc. *Alberto, Albertus, Woycetech.*Gen. di *Alberto.* Dat. a *Alberto.* Ab. da *Alberto.*

Si præponendus erit alicui nomini Appellatiuo hic articulus infinitus, sic illud erit declinandum, v. g.

Sing. Nom. Accus. & Voc. *Donna, Bialaglowa.*Gen. di *Donna.* Dat. a *Donna.* Ab. da *Donna.*Plur. Nom. Accus. & Voc. *Donne.*Gen. di *Donne.* Dat. a *Donne.* Ab. da *Donne.*

De Diminutiuis.

Itali ferè vt Poloni in diminutiuis sunt copiosi, iisque præsertim in vulgari sermone persæpe vtuntur; ea autem tam ab adiectiuis quam à substantiuis deriuantur, fiuntque mutata vltima vocali in *ino, ello, esto, otto, icello, Scio* vel *arello.* Ab Adiectiuis facta desinunt vt plurimum in *ino bello, pulcher, pieiny* / *bellino, pulchellus, piekniuchny* / *piccolo, paruus, maly* / *piccolino, paruulus, maluski*; Inueniuntur tamen aliæ terminationes in adiectiuis, vt *baldanzoso, hilaris, ouans, baldanzosetto, weseluchny* / *grassò, pruguis, tlusty* / *habet grassotto, tlusciuchny* / *grande, magnus, wielki* / *grandicello, wieluchny.*

A substantiuis *putto, puer, chlopice* vel *dziecie* / *puttino, dzieciatko* / *Ragazzo, puer, Chlopiec* / *ragazzetto, chlopeczyk* / *Sermo, Vermis, robak* / *Sermicello, robaczek* / *Carlo, Carolus, Karol* / *Carlucio, Karolik* / *cuore, cor, serce* / *cuoruccio, corculum, serduccio, serdenko* / *Vergine, Virgo, Dziewica* / *Serginella,*

B 4

ginella,

ginella, Pánienkâ. Pazzo, stultus, glupi / Paz-
Zarello.

Habent etiam quædam augmentatiua, quæ vt pluri-
mum terminantur in *one*, vt *gigante, gigas, Ol-
brzym / gsgantone, olbrzym wielki.*

Præterea contemptiua nonnulla quæ in *accio*, vt *Ca-
uallo, equus, Koñ / canalluccio, sĕkápsto.*

DE PRONO- MINE.

Singulariter.

N. *Io. Ego. Ja.*
G. *di me.*
D. *a me vel mi*
vel me.
Ac. *me vel mi.*
Ab. *da me.*

Pluraliter.

N. *Nos.*
G. *di noi.*
D. *a nos vel ci*
vel ne.
Ac. *noi, ci, vel ne.*
Ab. *da noi.*

Mi vel *me* in Datiuo, & *mi* in Accusatiuo. Sic *ci* vel *ne*
in Datiuo & Accusatiuo plurali non possunt poni
absolutè, sed coniunctim cum verbo aliquo. Cæteri
casus vt sunt notati absolutè absq; verbo possunt
poni. Quod etiam intelligi debet de duobus se-
quentibus Pronominibus *Tu* & *Se*.

Singulariter.

N. *Tu. Tu. Ty.*
G. *di te.*
D. *a te ti vel te.*
Ac. *te vel ti.*
Ab. *da te.*

Pluraliter.

N. *Vos.*
G. *di Vos.*
D. *a Vos vel Vi.*
Ac. *Vos vel Vi.*
Ab. *da Vos.*

Se caret Nominatiuo vt in Latinis. Genit. *di se.*
Dat. *a se, si* vel *se.* Ac. *se* vel *si.* Ab. *da se.*

Questo

Questo Hic vel Hoc.

Sing. Nom. & Accus. *Questo*, vel *questi* Poëticè.

Gen. *di questo.* Dat. *a questo.* Ab. *da questo.*

Plur. Nom. & Accus. *Questi.* Gen. *di questi.*

Dat. *a questi.* Ab. *da questi.*

Questi in Nominatiuo Singulari vt & *Quegli* & *egli*,
ille, on / non possunt coniungi cum Substantiuiuo,
sed benè cum verbo & absolutè.

Fam. *Questa* Hæc.

Sing. *Questa.* *di questa.* *a questa.* *da questa.*

Plur. *Queste*, cum articulo infinito vt & *Costeſto*,

iste, ten; Costeſta, ista, ta; & cætera Demonstratiua.

Dicitur etiam in Neutro genere in numero Singulari
Ciò, hoc, to.

Sing. Nom. & Accus. *Quel* vel *quello, ille, Tânten / vel*

quegli. Gen. *di quel* vel *quello.* Dat. *a quello.*

Voc. *quel.* Abl. *da quello.*

Plur. Nom. & Accus. *Quelli* & *quei.*

Gen. *di quelli, quei.* Dat. *a quelli, quei.*

Voc. *ques.* Abl. *da quelli, quei.*

Quel præponitur nominibus substantiuis à consonan-
te incipientibus, *quello* absolutè ponitur & præpo-
nitur substantiuis à vocali incipientibus, elidendo
tamen ultimam vocalem: vt *quell'huomo, ille homo,*
tânten człowiek. *quel giouine, ille adolescens,*
ten mlod;zientec. *Quis fecit hoc? quello, ille, on.*
Fam. *Quella, illa, owa, ta / regulariter* cum articulo
infinito declinatur.

Dicitur & *ella, illa, owa / & in plurali elleno, illa,*
owe / in nominatiuo tantum & cum substantiuiuo
poni necit.

N. *Lui, si* vel *ille, On, di, a, da lui.* In Pl. *Loro, di loro, Eſe.*

Sic Sing. *Color, ille, On.* Plur. *Coloro, isti, oni.*

Sing. *Costui, iste, ten.* Plur. *Costoro, isti, ci.*

B 5

& Fæ-

& Fæmin. Sing. *Lei, colei, costei, ista, tã*. Plur. *Loro, coloro, costoro*, & *esso*, vel *essius, ipse, on / onze*. Sing. *Essa, ipsa, onãz*. in Plur. *Essi, esse*. cum articulo omnia infinito declinantur nec admittunt consortium substantiui, sed benè possunt coniungi verbis & absolute poni, v. g. non dicimus *lus libro*, vel *costus libro*, sed *quel libro, costel libro, iste liber, owã* *stegã*; sic in reliquis.

Egli, is, on / est indeclinabile, sed solum præponitur terciæ personæ singulari cuiuslibet verbi, v. g. *egli è, ipse est, on fest*. Dicitur etiam in plurali, *eglino sono, is sunt, ont se*. Sic & *quegli, ille, on / in singulari*. In Fæmin. *Elle, ipsa, onã*. Plur. *Elleuo, ipse, one*. Possunt absolute poni.

Sing. Nom. & Accus. *Lo stesso* vel *l'istesso, ipse, sam* & idem *onze*. Gen. *dello stesso, vel dell'istesso*.
Dat. *allo stesso*. Ab. *dallo stesso*.

Plur. Nom. & Accus. *Li stessi*. Gen. *delli stessi*.
Dat. *alli stessi*. Ab. *dalli stessi*.

Fæmin. *La stessa, ipsa, onãz*.

Hoc Pronomen quando pro *ipse* ponitur, non potest poni absolute, sed debet adiungi alicui substantiui, v. g. *Ipe Rex, l'istesso Re, sam Krol / sed* quando significat *idem*, potest absolute poni, v. g. *quis hoc fecit? Ioannes, Es illud quis? idem, lo stesso idem*. & hæc obiter sciantur.

Il medesimo, vel medesimo: idem, tenze / onze. cum articulo finito. Fæm. *La medesima, la medemma, eadem, tãz*.

Che, quis, per interrogationem *Etõ? di chi, a chi, da chi*; caret plurali. Sic *che? quid? co? di che, a che, da che*.

Che in relatione significat *quis, qua, quod, Etory / Etora / Etore*. Sic autem uelclatur.

Singu-

Singulariter.

N. *Che* vel *chi*.

G. *di chi, vel cui,*
vel *dici*.

D. *a chi* vel *a cui,*
& *cui*.

Ac. *che* vel *cui*.

Ab. *da chi, da cui*.

Pluraliter.

N. *Che* vel *chi*.

G. *di chi*.

D. *a chi*.

Ac. *che* vel *chi*.

Ab. *da chi*.

Che tamen neutraliter positum in relatione *quod, co / cum* articulo infinito declinatur. *Che, di che, a che, dache*; & plurali caret.

Etory / Qui.

Sing. Nom. & Accus. *La quale, vel quale*.

Gen. *della quale*. Dat. *alla quale*. Ab. *dalla quale*.

Plur. Nom. & Accus. *Le quali, vel quali*.

Gen. *delle quali*. Dat. *alle quali*. Ab. *dalle quali*.

Fæm. *La quale, vel quale*; eodem modo.

Declinatur & *quale* cum articulo infinito, sed est interrogatiuum *quale? quoniam? Etory? tãti? equal? Chrunz, vel qualunz, quicunz, Etõkoltwief, Qual sinoglia, quilibet, Etõkoltwief / qualcheduno, & qualchuno, aliquis, Etõ / ciascuno, cascheduno & casqueduno, quisz, Etãzdy / ognuno, omnis, Etãzdy / caret plurali, declinantur cum articulo infinito & ponuntur sine substantiuis præter *qualsinoglia*, quod coniungitur cum substantiuis vt & *qualche*, in utroque genere & numero, *aliquis, Etory / tãti / ogni, omnis, wßelki / in utroque genere*. Declinantur verò cum articulo infinito, seruatã semper eadem terminatione.*

Possessiuã *Mio, Meus, Moyo*.

Sing. Nom. & Accus. *Mio, vel il mio*.

Gen. *di mio, vel del mio*. Dat. *a mio, vel al mio*.

Ab. *da mio, vel dal mio*.

Plur.

Plur. Nom. & Accuf. *Miei*, vel *i miei*.

Gen. *di miei*, vel *de miei*. Dat. *a miei*, vel *ai*, *a' miei*.
Abl. *da miei*, *da i miei*.

Sic *Tuo*, *tuus*, *twoy*. Pl. *Tuoi*, *tui*, *twoi*. Sing. *Suo*,
sum, *swoy*. Pl. *Suoi*, *sui*, *swoi*. sic eorum *Fam*,
ma, *tua*, *sua*; *mea*, *tua*, *sua*; *moia* / *twoiá* / *swoiá*.

Pariter cum utroque articulo possunt declinari *nostro*,
ostro, *oster*, *vester*, *náſſ* / *wáſſ*. *noſtra*, *oſtra*,
noſtra, *veſtra*, *náſſá* / *wáſſá*.

Il & *la loro*, *suus* & *sua*, *swoy* / *y swoiá*, *del* & *della lo*
ro, &c. cum articulo finito immutatá terminatio-
ne etiam in plurali. *i loro*, vel *le loro*, *dei*, & *delle*
loro, &c.

Differt hoc Pronomen *loro* à *suo*, quòd *suo* dicatur de
vnico possessore. *loro* de multis possessoribus, v. g.
vendiderunt sua bona, *hanno venduto i loro beni*,
popzedáli swoie dobrá; *nunquam exst è domo*
sua, *non esce mai dalla casa sua*, *nie wychodzi nigdy*
z domu swego.

Nota præterea, *suo* sæpè poni pro *eius*, & *loro* pro
eorum, quando præsertim in Polonico esset *iego*, el
ich / vt *Iego* *Óciec mie wderzył*. *Bráć ich mie*
bronil. *Il suo Padre mi feri*. *Il loro fratello mi dif*
fese. *Pater eius me percussit*. *Frater eorum me de*
fendit.

DE VERBO.

DVo apud Italos sunt Genera Verborum, Actiuum
scilicet & Neutrum. Nam Passiuum circumlo-
quuntur, vt inf. á.

Modos totidem habent quot Latini: Indicatiuum, Im-
peratiuum, Optatiuum, Subiunctiuum, Infini-
tiuum. Indi-

Indicatiuus propriè habet Sex tempora. Præsens,
Imperfectum, Perfectum Simplex, Perfectum
compositum, Plusquam perfectum, & Futurum.

Imperatiuus vnicum tempus habet.

Optatiuus Septem habet tempora & totidem Coniun-
ctiuus, Præsens scilicet, Imperfectum duplex pri-
us & posterius seu primum & secundum, Præteri-
tum perfectum, Plusquam perfectum duplex, pri-
mum & secundum, & Futurum.

Infinitiuus vt in Latinis.

Coniugationes Verborum Italicorum Quatuor sunt.
Prima quæ habet *a* longum ante *re* in Infinitiuo,
vt *Amare*, *amare*, *miłowác*.

Secunda quæ habet *e* longum ante *re*, vt *tacere*, *tacere*,
milczec.

Tertia quæ habet *e* breue ante *re* in Infinitiuo, vt *leg*
gere, *legere*, *czytác*.

Quarta deniq; quæ habet *i* longum ante *re* in Infini-
tiuo, v. g. *sentire*, *sentire*, vel *audire*, *czuc* vel
siyſzec.

Antequam proponamus exempla singularum Coniugationum,
& dicamus de formatione temporum,
præponenda sunt verba auxiliaria, sine quibus non
possunt coniugari alia verba, sunt autem duo, *io*
sono, *sum*, *iestem* / & *io ho*, *habeo*, *mam* / quæ sic
coniugantur.

Essere, *esse*, *bydz*.

Indicatiui Modi Tempus Præsens.

Io sono, *sum*, *iestem* / *tu sei*, *es*, *iestes* / *egli è*, *est*, *iest*.
Noi siamo, *sumus*, *iestesmy* / *voi siete* vel *siete*, *estis*, *iestis*
sicéite / *egli sono*, *sunt*. &c.

Dicunt etiam Romani in prima persona plurali *femo*,
vt in alijs verbis *haucemo*, pro *habbiamo*; *andamo*,
pro

pro *andiamo*, sed nos breuitatis causa huiusmodi terminationes omittemus.

Possimus etiam sine illis Pronominibus *io tu egli* coniugare verba, quare dictæ breuitatis causa, ea pariter omittemus, vt & significationem Polonicam & Latinam.

Imperfectum,

Sing. *Ero* vel *era*, *eram*, *eri*, *erá*. Plur. *eravamo*, *eravate*, *erano*.

Inuenitur etiam *eramo*, *erate* in plurali.

Hic etiam statim nota frequentius in libris inueniri *era*, hoc est primam personam imperfecti in *a*, quam in *o*, licet in vulgari sermone in plerisque Regionibus Italiæ vsitatus esse in *o*, *ero*, *amano*, *haueno*, &c. Nobis tamen vnam ponere terminationem sufficiat.

Perfectum simplex.

Sing. *Io fui*, *fui*, *tu fosti*, *egli fu*. Plur. *Noi fummo*, vel *fussimo* *fuste* *eglino furono*. Inuenitur etiam *foste*, *fustis*.

Nota quoq; hic statim primam pluralem in *simo*, vt hic *fussimo*, in non paucis regionibus Italiæ maximè viurpari, quia tamen apud probatos Authores frequentius legitur in *mmo*, idcirco illam omittemus in alijs verbis. Et hoc etiam intellige de imperfectis Optatiui: v. g. *saremmo* & *sarestimo*.

Perfectum compositum.

Sing. *Sono stato*, *sei stato*, *è stato*. Plur. *Siamo stati*, *sete stati*, *sono stati*.

Quando Fæmina loquitur, dicit in singulari *stata*, in plurali *state*.

Plusquam perfectum.

Era, *eri*, *era*, *stato*. *Eravamo*, *eravate*, *erano*, *stati*.

Fu: uo

Futurum.

Sarò, *sarai*, *sarà*. *Saremo*, *sarete*, *saranno*.

Imperatiuus

S. *Sì tu*, *sia egli*. Pl. *Siamo*, *siate*, *siano* & *sieno*.

Optatiui præsens & Futurum.

Dio *voglia*, *che io sia*, *tu sij egli sia*. *Siamo*, *siate*, *sieno*, vel *siano*.

Imperfectum primum.

O *che volentieri io sarei*, o *quam libenter essem*, o *radè bym*; vel simpliciter abiq; particula. *Sarei* vel *saria*, *saresti*, *sarebbe* vel *saria*. Pl. *Saremmo*, vel *sarestimo*, vel *sarsiamo*; *sareste*. *Sarebbono*, *sarebbero*, & *sarsano*.

Et sic coniugantur omnia imperfecta priora Optatiui & Subiunctiui in omnibus verbis, in quibus si non dabimus omnes terminationes, ad hoc verbum recurre.

Imperfectum posterius.

Diaceffe a Dio che io fusse, vel *fosse*. *Vinam essem*; o *bym byl* / vel *O se fossi* vel *fussi*, *tu fussti* vel *fossti*, (*fusti* & *fossti* inuenitur) *egli fusse* vel *fosse*. Plur. *Fussimo* vel *fossumo*, *fusse* vel *fosse*, *fussero* vel *fossero*, vel *fussino* & *fossumo*.

Præteritum perfectum.

Sing. *Dio voglia che io sia stato*, *Vinam fuerim*, *hò datem byl* / *tu sij stato*, *egli sia stato*. Plur. *Siamo stati*, *siate stati*, *siano stati*.

Plusquam perfectum prius.

S. *Sarei stato*, *saresti stato*, *sarebbe stato*. Pl. *Saremmo stati*, *saresti stati*, *sarebbono stati*.

Posterius.

S. O *fussi stato*, *vinam fussem*, o *bym byl* / *fusti stato*, *fusse stato*.

P. *Fussimo*, *fusste*, *fussero stati*.

Coniun:

Coniunctiui præsens.

S. *Ancor che, licet choç; so fia, s'j, sia. P. Siamo, siate, s'eno.*

Imperfectum primum.

S. *Sarei, saresti, sarebbe. P. Saremmo, sareste, sarebbero.*

Secundum.

S. *Se fussi, fosti, fusse. P. Fuisimo, foste, fussero.*

Perfectum.

S. *Io sia stato, sij stato, sia stato.*P. *Siamo stati, siate stati, siano stati.*

Plusquam perfectum primum.

S. *Sarei, saresti, sarebbe stato. P. Saremmo, sareste, sarebbono stati.*

Secundum.

S. *Se fosti, fosti, fosse stato. P. Foisimo, foste, fossero stati.*

Futurum.

S. *Quando sarò stato, sarai stato, sarà stato. P. Saremo, sarete, saranno stati.*

Infinitivi præsens.

Essere, esse, bydž. Præteritum. esser stato, fusse.

Futurum.

Hauer da essere, esser per essere, vel douere essere. Futurum esse, mič / bydž.

Gerundium.

*Essendo essendo, cum sim vel essem, bedac.**Essendo stato, cum fuerim vel fuissim, byrošy.**Per essere, vel da essere, ad essendum dicunt Philosophi.**Hauere, Habere, mič.*

Indicatiui Modi tempus præsens.

Sing. *Io ho, habeo, Mam / ha, ha.*Plur. *Habbiamo, haueate, hanno.*

Imperfectum.

Sing. *Haueno, hauens, hauena.*Plur. *Hauenamo, hauenate, hauenano.*

Perfe-

Perfectum simplex.

Sing. *Hebbi, hauesti, hebbe.*Plur. *Hauemmo, haueste, hebbero.*

Perfectum compositum.

Sing. *Hò hauuto, has hauuto, ha hauuto.*Plur. *Habbiamo hauuto, haueate hauuto, hanno hauuto.*

Plusquam perfectum.

Sing. *Hauenno, hauenno, hauenno, hauuto.*Plur. *Hauenamo, hauenate, hauenano, hauuto.*

Futurum.

Sing. *Io hauerò, haurò, vel harò, hauerai, hauerà.*Plur. *Haueremo, hauerete, haueranno.*

Imperatiuus.

Sing. *Habbi, habbi.*Plur. *Habbiamo, habbiate, habbiano & habbino.*

Optatiui præsens & Futurum.

Sing. *Habbi vel habbia, habbi vel habbia, habbia vel habbi.*Plur. *Habbiamo, habbiate, habbiano vel habbino.*

Imperfectum

Sing. *Hauerai vel haurei, haueresti, hauerrebbe.*Plur. *Haueremmo, hauereste, hauerrebbero.*

Secundum.

Sing. *Hauesti, hauesti, haueste.*Plur. *Hauesimo, haueste, hauessero.*

Perfectum.

Sing. *Habbia, habbi, habbia hauuto.*Plur. *Habbiamo, habbiate, habbiano hauuto.*

Plusquam perfectum prius.

Sing. *Hauerai, haueresti, hauerrebbe hauuto.*Plur. *Haueremmo, hauereste, hauerrebbero, hauuto.*

Posterius.

Sing. *Hauesti, hauesti, haueste, hauuto.*Plur. *Hauesimo, haueste, hauessero hauuto.*

C

Coniun-

Coniunctiui præsens.

Conciosia cosa che io habbia, cum habeam, gdy mam/ tu habbi, habbia habbiamo, &c. ut in Opatiuo- sic etiam omnia tempora præter futurum quod sic inflectitur.

Quando hauero hauuto, cum habuero, gdy bede mia/ hauerai hauuto, hauerà hauuto. Pl. Haueremo, hauuto, hauerete hauuto, haueranno hauuto.

Infinitiui Præsens.

Hauere, habere. Hauer hauuto, habuisse. Esser per ha- uere, habiturum esse vel hauere da hauere. Quod significat etiam aliquando deberi. v. g. io hò da ha- uere dalus cento scudi, mshi deber ille centum scuta. winten mi sto talerow.

Gerundium,

Di hauere, habendi, hauendo, habendo, miac. ha- uendo hauuto, miawofy per hauere, vel da hauere, ad habendum.

Participium præsens seu Actiuum, sed rariùs *hauen- te, habens.*

Præteritum seu Passiuum, *hauuto a, habitus, habita, Chi ha da hauere, vel è per hauere, habiturus, sto ma miec.*

Paradigma prima Coniugationis in are.

Amare, Amare. miłowac.

Indicatiui modi tempus præsens.

Sing. *Amo, amo, miuiue / ami, ama.*

Plur. *Amiamo, amate, amano.*

Præsens in hac coniugatione formatur ab Infinitiuo mutato *are* in *o*, ut patet. Habitâ autem primâ personâ facillè erit alias formare addendo vel mu- tando ultimam syllabam eodem modo in omnibus uerbis huius Coniugationis.

Imper-

Imperfectum.

Sing. *Amaua, amauis, amaua.*

Plur. *Amauamo, amauate, amauano.*

Fit in omnibus Coniugationibus ab Infinitiuo mutan- do ultimam syllabam *re* in *ua*, & semper eodem modo coniugatur.

Perfectum simplex.

Sing. *Amat, amasti, amo.*

Plur. *Amammo, amaste, amarono, & Vulgò amorno.*

Fit ab Infinitiuo mutando ultimam syllabam *re* in *i*.

Perfectum compositum.

Sing. *Io hò amato, hai amato, hà amato.*

Plur. *Habbiamo amato, hauete amato, hanno amato.*

Fit in omnibus uerbis Actiuis, & aliquibus neutris à præsentis uerbi auxiliaris *hò*, & participio passiuo seu præteriti temporis proprii uerbi.

In uerbis autem neutris significantibus motum, & in omnibus reciprocis, hoc est habentibus annexū sibi Pronomen, *mi ti se ci* & *ui*, formatur à præsentis uerbi auxiliaris *sono*, & Participio proprii uerbi, v. g. *mi sono leuato, surrexi, wstalem / sono tornato, redy, wroçitem se.*

Aduertendum hic præterea est in uerbis quibus præ- ponitur *hò*, Participium non mutari nisi rarò tam in genere, quàm in numero; dicimus enim *habbi- amo amato li scolari, amauimus studiosi, umilo- wâtisiny studentow / colei ha amato la sua madre, umilowâlá Mârte swoie.*

Contra uerò ubi præponitur uerbum substantiuum *sono*, mutatur Participium & accomodatur nume- ro & generi loquentium v. g. *colui è uenuto, ille uen- nit, przyšedl / colei è uenuta, illa uenit, przyšla / sono andate, abierunt illa, pošly / sic autem con- iungantur.*

Ci

Malc.

Masc. Sing. *Io son tornato, redij, sei tornato, è tornato.*

Plur. *Siamo tornati, sete tornati, sono tornati.*

Fœm. Sing. *Io son tornata, sei tornata, è tornata.*

Plur. *Siamo tornate, sete tornate, sono tornate.*

Inueniuntur etiam duo alia præterita perfecta bis composita, non tamen admodum frequentia, hæc autem sunt. *Quando hebbs amato, cum amauissem, gđym byl vmišoval / vel porche, postquam, iãto.*

Sing. *Hebbs amato, hauesti amato, hebbe amato.*

Plur. *Hauemmo amato, haueste amato, hebbero amato,*

Formatur à præterito simplici verbi auxiliaris & præterito Participij in omni coniugatione.

Secundum minus vſitatum.

Subbito che, statim atq; , ſtoto.

Sing. *Hò hauuto amato, has hauuto amato, ha hauuto amato.*

Plur. *Habbiamo hauuto amato, haueſte hauuto amato, hanno hauuto amato.*

Fit à Præterito perfecto composito verbi auxiliaris & præterito Participij propriij verbi.

Plusquam perfectum.

Sing. *Hauena amato, haueni amato, hauena amato.*

Plur. *Hauenammo amato, hauenate amato, hauenuano amato.*

Vt formatur perfectum compositum à præſenti, ſic & Plusquam perfectum ab Imperfecto verbi auxiliaris, & à Participio Passiuo propriij verbi in omnibus Coniugationibus eodem modo.

Futurum.

Sing. *Amerò vel amarò, amerai, amerà.*

Plur. *Ameremò, amarete, ameranno.*

Fit in hac Coniugatione ab Infinitiuo mutato *are* in *ero*. In cæteris autem Coniugationibus, & in hac etiam sæpè fit ab eodem Infinitiuo mutando *e* in *ò*.

Impe-

Imperatiuus.

Sing. *Ama, ami.*

Plur. *Amiamo, amate, amino.*

Secunda persona est similis in hac Coniugatione tertiæ personæ Indicatiui. Tertia verò persona fit à prima Indicatiui mutando *o* in *i*, in hac Coniugatione, in cæteris in *a*.

Opratiui præſens & Futurum.

Sing. *Voglia Iddio che ami, ami, ami.*

Plur. *Amiamo, amiate, amino.*

Est similis tertiæ personæ Imperatiui semper.

Imperfectum primum.

Sing. *Amerai vel Amarei, amereſti, amerebbe.*

Plur. *Ameremmo, amereſte, amerebbero.*

Fit à Futuro Indicatiui mutando *ò* in *rei*.

Secundum.

Sing. *Voleſſe Dio che Grimam amaſſa, amaſſi, amaſſe.*

Plur. *Amaſſimo, amaſſe, amaſſero.*

Fit à secunda simplicis perfecti Indicatiui, mutando *ſi* in *ſe*, in ſingulis Coniugationibus.

Perfectum.

Sing. *Dio Voglia che Grimam habbia, habbi, habbia amato.*

Plur. *Habbiamo, habbiate, habbino amato.*

Fit à præſenti Opratiui verbi auxiliaris & Participio propriij verbi.

Plusquam primum.

Sing. *Hauerei, hauereſti, hauerebbe amato.*

Plur. *Haueremmo, hauereſte, hauerebbono amato.*

Fit in omnibus à primo Imperfecto verbi auxiliaris & Participio propriij verbi,

Secundum.

Sing. *Voleſſe Iddio che Grimam haueſſi, haueſſi, haueſſe*

Plur. *Haueſſimo, haueſſe, haueſſero amato. (amato.*

Fit à secundo Imperfecto Optatiui verbi auxiliariis & Participio.

Subiunctiui tempora omnia non differunt à temporibus Optatiui præter Futurum quod sic inflectitur.

Quando Hauero amato, cum amauero, hauerai, haueram amato.

Haueremo, hauerete, haueranno amato.

Infinitiui præsens.

Amare, Aimer, Amare.

Propria huius Coniugationis terminatio, seu ipsum thema.

Præteritum.

Hauere amato. Amauisse.

Ab Infinitiuo verbi auxiliariis & præterito Participij proprii verbi.

Futurum.

Effer per amare, hauerere da amare, amaturum esse.

Non habet propriè lingua Italica Futurum in rus vt Latini vel omnia Gerundia, sed vtitur circumlocutione eo modo quo hic vides.

Gerundia.

Di amare, Amandi. Est ipse Infinitiuus cum articulo, &c.

Amando, amando, miſiuic.

Fit ab Infinitiuo mutando *are* in *ando*.

Hauendo, amato, miſtowawſſy.

Fit à Gerundio præsentis temporis verbi auxiliariis & Participij præterito respondetque in omnibus hoc Gerundium illi Polonico in *ſy*.

Per amare, vel da & ad amare, ad amandum. Est ipse Infinitiuus præpositâ Præpositione

Loco Supini adhibent Infinitiuum *amare, amatum.*

Participium Præsens tempus seu Actiuum.

Amante, amans, sed raro vsurpatur.

Partici-

Participium præteriti temporis seu Passiuum.

Amato amata, amatus amata.

Formatur ab Infinitiuo mutato *re* in *to*, in hac Coniugatione.

Futurum.

Chi deue amare, chi è per amare, chi ha da amare, amaturus, quasi *quis debet amare.*

Et hæc est vna maximè omnium regularis Coniugatio, à qua quatuor tantummodò verba *andare, dare, fare, stare* excipiuntur de quibus infra in Anomalis.

Nota hic, verba in *care* & *gare* desinentia, ad hoc vt in omnibus temporibus efferantur, vt in themate assumunt *h* ante *e* & *s*. v. g. à *caricare, onerare, tu carichi, oneras, non carici.* sic à *purgare, purgare, tu purghi, purgas, purghero, purgabo, &c.*

Verba neutra vtentia in præterito perfecto composito auxiliari verbo *sono, passare, transire, stare, stare* & *esse, essere, esse, andare, ire, tornare, redire, restare, remanere, mancare, deficere, morire, mori, nascere, nasci, morire, ascendere, calare, descendere,* cum Synonymis *cadere* & *caſcare, cadere, partire, proficisci,* & huiusmodi.

Paradigma Secunde Coniugationis in *ere*.

Temere, timere, hac ſie.

Indicatiui Præsens.

Sing. *Temo, timeo, hoie ſie / temi, teme.*

Plur. *Temiamo, temete, temono.*

Fit in hac & in tertiâ Coniugatione ab Infinitiuo mutando *ere* in *o*.

Imperfectum.

Sing. *Temena, temeni, temena.*

Plur. *Temenamo, temenate, temenano,*

C4

Perfe

Perfectum Simplex.

Sing. *Temet, temesti, teme.*Plur. *Tememmo, temeste, temerono.*

Compositum.

Sing. *Hò, hai, hà temuto.*Plur. *Habbiamo, haueste, hanno temuto.*

Plusquam.

Hauera, haucui, haueua, &c. temuto.

Futurum.

Sing. *Temerò, temeras, temerà.*Plur. *Temeremo, temerete, temeranno.*

Imperatiuus.

Sing. *Temi, tema.*Plur. *Temiamo, temete, temano.*

Est similis in hac & in tertia Coniugatione secundæ personæ præsentis Indicatiui, & coniugatur eodem modo.

Optatiui præsens & Futurum.

Sing. *Tema, temi, tema.*Plur. *Temiamo, temiate, temano.*

Imperfectum primum.

Temerei, temerefi, temerebbe, &c.

Secundum.

Temesti, temesti, temesse, &c.

Perfectum.

Habbia, temuto, habbi temuto, &c.

Plusquam perfect. primum.

Hauerai, temuto, haucerefi, temuto, &c.

Secundum.

Hauesti temuto, hauesti temuto, &c.

Futurum Subiunctiui.

Hauerò temuto, hauerai temuto, &c.

Infinitiui præsens.

Temere, timere. Præteritum, *Hauer temuto, timuisse.*

Futu-

Futurum.

Hauer dà temere, esser per temere.

Gerund.

*Dì temere, timendi.**Temendo, timendo.* Ab Infinitiuo mutando *ere* in *endo*.

Sic & in tertia Coniugatione.

Per temere vel da temere, ad timendum.

Participij præsens.

Temente, timens.

Præteritum.

*Temuto, temuta, qui & qua timetur.*In hac & in tertia Coniugatione formatur ab Infinitiuo mutando *ere* in *ero*.

Hæc Coniugatio vt & aliæ duæ sequentes plurima anomala habent, quæ sua aliter tempora formant, sed de his infra.

*Paradigma Tertia Coniugationis in ere breue.**Credere, Credere, Wierzyć.*

Indicatiui Præsens.

Sing. *Credo, credo, wierze/ credi, crede.*Plur. *Crediamo, credete, credono.*

Imperfectum.

Credeua, credeni, &c.

Perfectum Simplex.

Sing. *Credes, credesti, crede, & credette.*Plur. *Credemmo, credeste, crederono, & credettero.*

Perfectum compositum.

Hò credno, hai creduto, &c.

Plusquam.

Hauerua creduto, haueui creduto, &c.

Futurum.

Caderò, crederai, &c.

C §

Impera-

Imperatiuus.

Credi, creda. Crediamo, credete, credano.

Optatiui Præsens.

Sing. *Creda, credi, creda.*Plur. *Crediamo, crediate, credano.*

Imperfectum primum.

Crederei, crederesti, &c.

Secundum.

Crederesti, crederesti, &c.

Perfectum.

Habbia creduto, habbi creduto, &c.

Plusquam per. primum.

Haueres creduto, haueresti creduto, &c.

Secundum.

Haueresti creduto, haueresti creduto, &c.

Futurum Subiunctiui.

Hauerò creduto, haueras creduto, &c.

Infinitiuus.

Credere, hauer creduto, hauer da credere.

Gerund.

Di credere, credendo, hauendo creduto, per credere.

Participium.

Credente, creduto.

Hanc normam pauca sequuntur, sed plurima in hac
Coniugatione peculiarem modum coniugandi ha-
bent, vt infra in anomalis habebis.

*Paradigma Quarta Coniugationis in ire.**Sentire, audire, vel sentire, Слыше /**слушати / & чути.*

Indicatiui Præsens.

*Sento, audio, слыше / senti, sente.**Sentiamo, sentite, sentono.*Fit hoc præsens ab Infinitiuo mutato *ire* in *o*. Ad ex-

tera

tera tempora formanda consulantur regulæ in præ-
cedentibus Coniugationibus traditæ.

Imperfectum.

Sentiu, sentius, &c.

Perfectum Simplex.

Senti, sentisti, senti. Sentimmo, sentiste, sentirone,

Compositum.

Hò Sentito, &c.

Plusquam per.

Hauena Sentito, &c.

Futurum.

Sentirò, sentirai, &c.

Imperatiuus.

Senti, senta. Sentiamo, sentite, sentano,

Optatiui Præsens & Futurum.

Senta, senti, senta, &c.

Imperfectum primum.

Sentirei, sentiresti, &c.

Secundum.

Sentisti, sentisti, &c.

Infinitiuus.

Sentire. Hauer sentito Esser per sentire,

Gerund.

*Di sentire, sentendo, hauendo sentito, per sentire.**Sentendo* fit ab Infinitiuo mutato *ire* in *endo*.

Participium Passiuum.

Sentito ab Infinitiuo mutato *re* in *o*.

DE VERBIS NEUTRIS.

Verba omnia Neutra eodem modo coniugantur quo
Actiua.

*Exemplum Verbi Reciproci.**Ricordarsi, meminisse, Pamietsi.*

Indi

Indicatiui Præsens.

*Mi Ricordo, memini, pāmietam/ ti ricordi, si ricorda,
Ci Ricordiamo, & ricordate, si ricordano.*

Imperfectum.

Mi Ricordaua, ti ricordaua, &c.

Perfectum Simplex.

Mi Ricordai, ti ricordasti, &c.

Compositum.

Mi sono ricordato, ti sei ricordato, si è ricordato.

Ci siamo ricordati, & siete ricordati, si sono ricordati.

Plusquam.

Mi era ricordato, ti eri ricordato, si era ricordato.

C' eramo ricordati, & erauate ricordati, si erano ricordati.

Futurum.

Mi Ricorderò, ti ricorderai, si ricorderà.

Ci Ricorderemo, & ricorderete, si ricorderanno.

Imperatiuus.

Ricordati, si ricordi.

Ricordiamo ci, ricordate & si, si ricordino.

Optatiui Præsens & Futurum.

Mi Ricordi, ti ricordi, si ricordi. Ci Ricordiamo, &c.

Imperfectum primum.

Mi Ricordarei, si ricordaresti, &c.

Secundum.

Mi Ricordasti, &c.

Perfectum.

Mi sia ricordato, ti sij ricordato, si sia ricordato.

Ci siamo ricordati, & siate ricordati, si siano ricordati.

Plusquam primum.

Mi sarei ricordato, ti saresti ricordato, &c.

Secundum.

Mi fossi ricordato, ti fossi ricordato, &c.

Futu-

Futurum Subiunct.

Mi sarò ricordato, ti sarai ricordato, &c.

Infinitiuus.

Ricordarsi. Essersi ricordato. Hauer da ricordarsi.

Gerund.

Recordandosi. Sendosi ricordato. Per ricordarsi, &c.

DE VERBO PASSIVO.

Licet Itali non habeant propriè verbum Passiuum, vt iam dictum est, tamen quia id circumloquuntur per verbum Substantiuum, substituendum hic Paradigma, vt habeatur modus facilis vtendi ista circumlocutione. Nihil ergo aliud est apud Italos verbum Passiuum quam verbum Substantiuum coniugatum per omnia tempora, vt supra notatur, & Participium verbi coniugandi, quod Participium accommodatur generi & numero loquentium, vt patet in præfenti huius verbi quod substituemus in exemplum, si enim mas loquatur dicat vt in primo, si fœmina vt in secundo, & sic fiat in alijs omnibus temporibus & modis.

Indicatiui Præsens, Masc.

Io sono amato, tu sei amato, quello è amato.

Noi siamo amati, voi siete amati, quelli sono amati.

Fœmininum.

Io sono amata, tu sei amata, quella è amata.

Noi siamo amate, voi siete amate, quelle sono amate.

Imperfectum. Io era amato, &c.

Vt etiam possumus in tertijs personis pronomine si cum personis actiuis vtriusq; numeri, v. g. *Si ama amatur, si amano amantur*, quasi mutue sicut mutue sicut. Sic in omnibus temporibus, *si amaua, amabatur, si amauano, amabantur, si è amato, amatus*

est,

est, si sono amati, amati sunt, non si ha, vel hanno amato, &c.

DE VERBIS ANOMALIS.

Sequuntur verba anomala ordine alphabetico propo-
sita in qualibet Coniugatione, vt facilius verbum
inueniatur coniugandum.

ANOMALA PRIMÆ CONIUGATIONIS.

Andare, Ire, Irē.

Fò, eo, vai, &c. Andiamo, andate, vanno.

Imperfectum. *Andaua, andauai, andaua, &c.*

Perfectum Simplex. *Andai, andasti, &c.*

Perfectum compositum. *Sono andato, sei andato, &c.*

Futurum. *Andarò, andarai, &c.*

Imperatiuus. *Va, vada. Andiamo, andate, vadano.*

Opratiuus. *Vada, vadi, vada. Andiamo, andiate, vadano.*

Inuenitur etiam *ire & gire* in eadem significatione,
hoc est *ire*, quartæ Coniugationis, sed sunt merè
Poëtica.

Quæ hic non damus tempora, formantur secundum
regulas antea explicatas. Quod in omnibus in-
tellige.

Dare, dare, Dâc.

Dò, do, dai, da. Diamo, date, danno.

Perfectum Simplex. *Diiedi, desti, diiede & dette.*

Demmo, deste, diedero & dettero.

Perfectum compositum. *Hò dato.*

Futurum. *Darò.*

Imperatiuus. *Da, dia. Diamo, date, diano.*

Fare, Facere, Czynic.

Fò, fai, fa. Facciamo, fate, fanno.

Imperfectum. *Faceua, &c.*

Perfectum Simplex. *Feci, facesti, feci.*

Facemmo & femmo, faceste, fecero.

Perfe-

Perfectum compositum. *Hò fatto.*

Futurum. *Faro.*

Imperatiuus. *Fa, faccia. Facciamo, fate, facciano;*
Stare, Stare, Stac.

Sto, stai, sta. Stiamo, state, stanno.

Perfectum Simplex. *Stetti, festi, stette.*

Stemmo, festo, stettero.

Perfectum compositum. *Son stato.*

Futurum. *Staro.*

Imperatiuus. *Sta, stia. Stiamo, state, stiano.*

ANOMALA SECUNDÆ CONIUGATIONIS.

Dolere, Dolere, Dolcē.

Sing. *Dolgo & doglio, doleo, duoli, duole.*

Plur. *Dogliamo, dolere, dogliono vel dolgono.*

Imperatiuus. *Doleua.*

Perfectum Simplex. *Dolfi, dolesti, dolse.*

Plur. *Dolemmo, doleste, dolsero.*

Perfectum compositum. *Ms son doluto & dolserò;*
ts sei doluto, &c.

Futurum. *Dolerò & dorro, dorrai, &c.*

Imperatiuus. *Dogli, dolga & doglia.*

Dogliamo, dolete, dogliano & dogliano.

Donere, Debere, Miec.

Deuo, debbo, deggio, Debeo. deu, debbi & de,
deue, debbe & dee.

Plur. *Douiamo, dobbiamo, deuere, deuono, debbono,*
deggiono.

Imperatiuus. *Douena.*

Perfectum Simplex. *Douei & douetti, dousti, douè*
& douette.

Plur. *Douemmo, doueste, douerono & douettero.*

Perfe-

Perfectum compositum. *Hò donato.*

Futurum. *Douerò vel douro.*

Optatiuus. *Debba, debba, debba.*

Debbiamo, debbiare, debbano.

Giacere, Iacere, Lezeć.

Giaccio, Iaceo, giaci, giace, Giaciamo, giacete, giaciono.

Perfectum Simplex. *Giacus, giacesti, giacque.*

Giacemmo, giaceste, giacquero.

Perfectum compositum. *Hò giaciuto.*

Sic coniugantur *Piacere, placere, podobac̃ sic /*

& Tacere, tacere, milczec̃.

Cadere, cadere, pasc̃ / nihil propriè irregularis habet

præter tertias personas Præ: perfecti simplicis cade

& cadde, & rariùs cadette, cecidit, & in plurali

Caderono, caddero & cadettero, ceciderunt.

Parere, Videri, Zbãc̃ sic.

Paio vel pãro, Videor, pari, pare.

Paio, parete, parono & parono.

Perfectum Simplex. *Parui, paresti, parue & parse.*

Paremmo, pareste, paruero.

Persuadere, persuadere, namowic̃.

Persuado, persuadeo, persuadi, &c.

Perfectum Simplex. *Persuades & persuasi, persuade-*

desti, persuase. Persuademmo, persuadeste, persuasero.

Part. pass. *Pessuasò.*

Potere, posse, moc.

Possò, possum, puoi, può. Possamo, potere, possono & ponno.

Futurum. *Potrò, potrai, &c.*

Optatiuus. *Possa, possi, possa. Possiamo, possiate, possano.*

Rimanere, remanere, zostac̃.

Rimango, Remaneo, rimani, rimane.

Rimansimo, rimanete, rimangono.

Perfectum Simplex. *Rimasi, rimaresti, rimase.*

Rimanemmo, rimaneste, rimasero.

Part.

Part. pass. *Rimasò & rimasò.*

Futurum. *Rimarrò, rimarrai, &c.*

Optatiuus. *Rimanga, rimanghi, rimanga, &c.*

Sapere, Scire, Umieć & wiedzieć.

Sò & faccio, Scio, sai, sà. Sappiamo, sapete, fanno.

Perfectum Simplex. *Seppi, sapesti, seppe.*

Sapemmo, sapeste, sepperò.

Futurum. *Sapirò.*

Imperatiuus. *Sappi, sappia, Sappiamo, sappiate, sappino.*

Part. pass. *Saputo.*

Sedere, sedere, Siedzieć.

Seggo seggio & siedo, Sedeo, sedi, siedo.

Sediamo & seggiamo, sedete, seggono & siedono, &c.

Solere, solere, Zwykac̃.

Soglio, Soleo, suoli, suolo. Sogliamo, solete, sogliono.

Perfectum Simplex. *Solei & solsi, sed raro usurpatur.*

Tenere, tenere, trzymac̃.

Tengo, Tenco, tieni, tiene.

Tentiamo & tegniamo, tenete, tengono.

Perfectum Simplex. *Tenni, tenesti, tenne.*

Tenemmo, teneste, tennero.

Futurum. *Terrò, terrai, &c.*

Imperatiuus. *Tieni, tenga, &c.*

Valere, Valere, Stać sic.

Vaglio, Vali, Vale. Vagliamo, Valere, Vagliano.

Perfectum Simplex. *Valsi, valesti, valse, &c.*

Præt. pass. *Valsuto & Valuto.*

Vedere, Vedere, Widzieć.

Veggio Veggio & vedo, Video, vedi, vede.

Vediamo & veggiamo, Vedere, Veggono & Vedono,

Perfectum Simplex. *Vidi, vedesti, vide.*

Vedemmo, vedeste, viddero.

Perfectum compositum. *Hò Veduto & Visto.*

Futurum. *Vedrò, vedrai, &c.*

D

Impe.

Imperatiuus. *Vedi, Vegga & Veda.*
Veggiamo, Sedere, Veggamo & Sedano.
Volere, Velle, Chieci.
Voglio & Vuò, Volo, Vuoi, Vuò, Vuole, Vole.
Vogliamo, Volete, Vogliamo & Vomo.
 Perfectum Simplex. *Valli & Volfi, Volesti, Volle & Volfi.*
Volemmo, Voleste, Voltero & Volfero.
 Futurum. *Vorrò, Vorrài, &c.*
 Optatiuus. *Voglia, Vogli, Voglia.*
Vogliamo, Vogliate, Vogliano.

ANOMALA TERTIÆ CONIUGATIONIS.

Accendere, accendere, Szapalić.
Accendo, Accendo, accendis, accende, &c.
 Perfectum Simplex. *Accesi, accendesti, accese.*
Accendemmo, accendeste, acceseo.
 Præt. Pass. *Acceso.*
 Sic pleraq; alia in *dere, ascendere, appendere, spendere, exponere, rodere, rodere, rendere, reddere, prendere, capere, &c.*
 Et nota hic semel pro semper, quòd in omnibus præteritis simplicibus Anomalor. à prima persona singulari formatur tertia vtriusq; numeri, in cæteris autem personis resumitur consonans præsentis, ac si regulariter formatum esset præteritum, vnde data prima in posterum persona faciliè tibi totum præteritum coniugare poteris.

Accorgere, percipere, posrzec.
Accorgo, percipio. P. S. Accorsi Part. pass. Accorto.
 Sic *Torcere torquere, Vincere Vincere, porgere porrigere, piangere plangere, pungere pungere, ungere ungere, spingere, trudere, giungere iungere, & per-*
uenire,

uenire, ergero erigere, fingere fingere, scorgere, percipere, & Poëticum sorgere surgere.
Affligere, affligere, Ravàc.
Affliggo. Afflisi. Afflutto. Sic friggere, frigere.
Ardere, ardere, Gorec.
Ardo, ardeo. Arsi. Arso. Sic immergere immergere, spargere, spargere.
Ascondere, abscondere, & Eryc.
Ascondo, abscondo. Ascosi. Ascosto. Sic nascondo.
Chiedere, postulare, Prosci.
Chiedo vel chieggio, chiesi, chiesto.
Chiudere, claudere, Szawietac.
Chiudo, chiusi, chiuso.
Cingo, cingo, cinsi, cinto.
Circuncido, circumcido, circuncisi, circunciso.
Sic Uccidere, occidere, Szàbić / vel ancidere, &c.
Cogliere, colligere, Kwac.
Coglio & colgo, colligo, colsi, colto.
Sic Scegliere, eligere, obrac; Sciogliere, soluere, roci
zwiazac; quod & Sciorre habet.
Condurre, ducere, prowadzic.
Conduco, condussi, condotto.
 Futurum. *Condurrò.*
 Sic alia *addurre, adducere, &c.*
Conoscere, cognoscere, Szac.
Conosco. Conobbi, conosciuto.
Correre, currere, biegar.
Corro. Corsi, corso.
Crescere, crescere, roci.
Cresco, crebbi, cresciuto.
Cuocere & cocere, coquere, wazzye.
Cogo & coccio. Cocci, cotto.
Defendo, defendo. Difesi, difeso.
Diuido, diuido. Diuisi, diuiso.
 D i

Ergo, erigo, eris, erfo, erto, & eretto, sed rarò inuenitur nisi apud Poëtas.

Escludo, excludo, esclusi, escluso.

Figo, figo, fisci, fisco vel fitro.

Fondo, fundo, fondei & fosi, foso & fonduto.

Leggo, lego, lesi, letto, Sic reggere, regere.

Metto, pono, mesi, messo.

Mordo, mordeo, morse, morso.

Mouo, moueo, mosi, mosso.

Nasco, nascor, nacqui, nato.

Nuocio, noceo, nocui, nocciuto.

Percuoto, percuto, percossi, percosso.

Perdo, perdo, persi, perso & perduto.

Porre, ponere, položyc.

Pongo, pono, posi, posto.

Torre, tollere, znieśc.

Toglio & tolgo, tolsi, tolo.

Riedo, redeo, riedi, riede, riedono, redenti, & in temporibus ab hoc deriuatis, similes tantum personæ reperiuntur.

Risoluo, decerno, risolsi, risolto & risoluto.

Rispondo, respondeo, risposi, rispосто.

Rompo, rumpo, frango, ruppi, rotto.

Scuoto, excutio, scossi, scosso.

Stringo, stringo, strinsi, stretto.

Succedo, succedo, succesi, successo.

Traggio, traho, trassi, tratto, trarre, trahere.

Vino, uino, uisi, uissuto.

A N O M A L A Q V A R T Æ C O N I U - gationis.

Aprire, Aperire, otworzyć.

Aprò, aprì vel aperì, aperto. Sic coprire, tegere, scuoprire, detegere. Dire,

Dire, dicere, mówić.

Dico. Imper. Dicena. Præteritum primum. disto, detto.

Morire, mors, umierać.

Moro, muoro & muoio. Mori, morto.

Futurum. Morro.

Salire, ascendere, wstępować.

Saglio, sagli, &c. Sali, salio.

Venire, venire, przychodzić.

Vengo, vieni, vienè.

Veniamo, venghiamo, & veghiamo, venite vengono.

Perfectum Simplex.

Venni, venisti, venne.

Venimmo, veniste, vennero.

Futurum. Verrò.

Optatiuus. Venga.

Participium Passiuum. Venuto.

Vscire; exire, wychodzić.

Escò, esci, esce.

Vsciamo, vscite, escano.

Vsci, vscito.

Imperatiuus.

Esci, esco.

Vsciamo, vscite, escano.

Comparire, comparere, stawić sie.

Comparisco, comparisci, comparisce.

Compariamo, comparite, compariscono.

Perfectum Simplex.

Comparui & comparì, comparesti, comparue, &c.

Participium passiuum.

Comparso.

Sunt etiam in hac Coniugatione alia verba non pauca quæ in toto numero singulari, & in tertia plurali præsentis Indicatiui & in deriuatis temporibus videntur

dentur Anomala, admittunt enim in dictis personis incrementum, nempe immittendo inter ultimam consonantem pertinentem ad verbum nudum, seu in suo themate considerandum & inter terminationem quæ sequitur has literas *isc*; vel vt melius intelligas mutando in prima persona *o* in *isco*, in secunda *s* in *isci*, in tertia *e* in *isce*, in tertia plurali *ono*, in *iscono*; reliquis personis & temporibus formatis secundum regulas datas. Exempli gratiâ. *Ardisco*, audeo, ab *ardire*, audente.

Ardisco, *ardisci*, *ardisce*.

Ardisamo, *ardire*, *ardisco*.

Perfectum Simplex.

Ardi, *ardisti*, &c. *Ho ardiso*, *arديو*, &c.

Imperatiuus.

Ardisci, *ardisca*.

Ardisamo, *ardite*, *ardiscano*, &c.

Sic Coniugantur *arrichire*, *ditare*, *arrofrire*, *erubescere*, *ammulolire*, *obmutescere* vel *mutum reddere*, *alleggerire*, *leuare*, *abbellire*, *ornare* seu *pulchrum facere*, *auulire*, *eslescere*, *finire*, *finire*, *guarire*, *sanare* & *conualescere*, *indebolire*, *debilitare*, *impallidire*, *palescere*, *intimorire* vel *intimidire*, & *impaurire*, *terrefacere*, *imponerire*, *pauperem reddere*, *intenerire*, *tenerum facere*, *inuagrire*, *capere pulchritudine*, *irretire*, *irretire*, *patire*, *pati*, *partorire*, *parere*, *rapire*, *rapere*, *riuerire*, *reuereri*, & omnia alia similia his quæ Latine possunt aut debent reddi per verbum *facio* vel *fit*, & per adiectiuum.

DE VERBIS IMPERSONALIBVS.

Verbum Impersonale significationis Actiuæ, nihil aliud est, quàm tertia persona singularis verbi Actiui

in

in omnibus modis & temporibus, & coniugatur regulariter, quasi esset ipsum Actiuum.

Impersonale passiuæ significationis est similiter tertia persona singularis verbi Actiui præponendo ipsi particulam *si*, in omnibus temporibus & modis, quæ particula *si*, præposita tertiæ personæ pluralis numeri verbi Actiui dabit tertiã personam pluralem verbi Passiui per modum impersonalis, v. g. *si amano* & *buoni*, idem est quod *buoni sono amati*, *amantur boni*, sic & *si ama il buono*, idem quod *il buono è amato*; *amatur bonus*.

Paradigma verbi Impersonalis Actiuæ significationis prima Coniugationis,

Neuiga vel *fiocca*, *Ningir*.

Neuigaua, *Ningebat*.

Neuigò, *ha neuigato*, *Ninxir*.

Haueua neuigato, *Ninxerat*.

Neuigara vel *neuighera*, *Ninget*.

Imperatiuus.

Neuighi, *Ningat*.

Optatiuus.

Neuighi, *neuigassè*, *neuigarebbe*, &c.

Neuigare, *Ningere*. *Hemer neuigato*, *Ninxissè*.

In Secunda Coniugatione.

Loce vel *lice*, *licet*. Verbum est defectiuum, nam non inuenitur aliud tempus, sed dicitur potius *era lecto*, *fu lecto*, *licuit*, &c.

In quarta defectiuum.

Fia, *fiat*, & *fieno*, *fiant* inuenitur, cæteris caret.

Paradigma Verbi Impersonalis Passivæ significationis, tertiæ Coniugationis.

Si Combatte, Pugnatur.

Si Combatteua, Pugnabatur.

Si Combatte. Si è combattuto, Pugnatum est.

Si era combattuto, Pugnatum erat.

Si combattera, Pugnabitur.

Si combatta, Pugnetur, &c.

Sunt quoque Italis Personalia multa, quæ naturam Imperfonalium induunt; vt è & c' è est, era c' era, &c.

DE PARTICIPIO.

Participium Actiuum seu Præsents temporis (quod rarò est in vsu apud Italos) est generis communis, vt *Ènò huomo, ò Èna donna corrente, Vir vel mulier currens?*

Cæterùm Participia mouentur & declinantur vt nomina adiectiua.

In locum Participij Actiui quod vt diximus rarò vsurpatur, vtuntur vt plurimum Itali Gerundio in *do*, vt *vedendolo, videns eum.*

DE ADVERBIO.

Omissâ Aduerborum significatione ex dictionarijs & vsu addiscendâ, eorundem tantummodò hic comparationem examinabimus.

Comparantur ergò ea Aduerbia quæ ab adiectiuis nominibus comparabilibus deriuantur eodem modo

do quo ipsa adiectiua v. g. *prudenter, prudenter, più prudentemente, prudentius, prudentissimamente, prudentissime.*

Irregulariter comparantur *bene, benè, meglio, melius, benissimo, oprimè, male peggio, pessima, & malissimamente, malè peùs pessimè. molto, multum, più, plus, moltissimo assai, assai, assaisimo plurimum. Poco, parùm, meno & manco, minus, pochissimo, minimum, & alia pauca.*

Aduerbia qualitatis vt plurimum à nominibus adiectiuis descendunt, fiuntque ab adiectiuis in *e*, addendo *mente*, vt *grande magnus, grandemente, magnopere, prudente, prudens, prudentemente, prudenter.*

Quæ adiectiua desinunt in *le*, mutant in suis Aduerbijs qualitatis *e* in *mente*, v. g. *gentile, elegans, gentilmente, elegantè. facile, facilis, facilmente, facile.*

Ab adiectiuis in *o* fiunt Aduerbia qualitatis, à Fæminino ipsorum addito *mente*, vt *valoroso strenuus, valorosa strenua, valorosamente, strenuè. Santo, Sanctus, Santa, Sancta, santamente, sanctè.* Sunt tamen alia non pauca qualitatis Aduerbia huiusmodi regulas nescientia, vt sunt *bene, benè, male, malè, &c.*

De Prepositione, Interiectione, & Coniunctione.

Vide in Syntaxi vbi earum significatio, & vsus simul explicabitur,

DE SYNTAXI.

NOta nos tripliciter posse loqui, ad vnam eandemque personam, primò per secundam personam singularem *tu, tu*, secundò per secundam personam pluralem *vos, vos*. Tertio per tertiam aliquam personam seu titulum aliquem, vt *Vò Signoria, Dominatio Vestra, Vestra Eccellenza, Celsitudo Vestra*, pro dignitate personæ ad quam loquimur.

Si per secundam personam pluralis numeri aliquem alloquimur, verbum quidem conuenit in numero personæ, sed sequentia nomina debent esse singularis numeri & conuenire in genere personæ cum qua loquimur, v. g. si cum viro loquimur, *doue se-ze stato, Sbi fusti*, si cum muliere, *doue seze stata*. Si verò per *Vò Signoria* aut alium titulum, quæ sequuntur adiectiua sint in Fæminino genere, licet ad virum loquamur, vt *doue è stata Vò Signoria*, tam de Fæmina, quam de Viro, *Sbi fusi Dominatio Vestra*. Quod Poloni non seruant.

DE SYNTAXI
Articulorum.

VIdè Grammaticam Gallicam idem enim vsus est Articulorum in vtraq; Lingua, quanquam nonnulli Itali ante nomina propria adhibeant sæpè Articulum finitum quod nunquam faciunt Galli, vt *il Francesco, Franciscus, l' Agostino, Augustinus*, optimè tamen dicitur, *Francesco, Agostino*, vt in Gallicis.

DE

DE SYNTAXI
Nominum.

Adiectiua liberè præponuntur aut postponuntur suis Substantiuis, vt *genral cavallo, cavallo gentile, egregius equus*.

De duorum Substantiuorum constructione, & de Adiectiuis casum aliquem regentibus, eadem est ratio quæ in Lingua Gallica.

Comparatiuus vult post se Genitiuum, v. g. *Giouanni è piu bello di Pietro, Ioannes est pulchrior Petra*. Cum sequitur verbum & deberet Latine reddi per *quam*, tunc post Comparatiuum ponitur *che*, v. g. *egli è piu dotto che non fu mai Aristotle, ipse est doctor quam Siquam fuerit Aristoteles*. Vbi aduerte debere poni negationes vt vides, licet in Latino non sint ponendæ & in Indicatio verbum vt patet.

Vbi Latini vtuntur in comparatione Superlatiui, Itali adhibent Comparatiuum (non enim cadit vnquam in Comparationem eorum Superlatiuis) hoc tamen modo præponendo ante *piu* articulum finitum, & post *piu* Genitiuum, v. g. *Homero è il piu dotto di tutti i Poeti. Hemerus est doctissimus Poetarum. La piu bella di tutta la Città, pulcherrima totius Ciuitatis*.

DE SYNTAXI
Pronominum.

Possumus vt Pronominibus Demonstratiuis & Possiuis tam sine Substantiuo, quam cum Substantiuo, exceptis primitiuis & ijs quæ annotauimus in declinatione Pronominum.

Omnes

Omnes Casus Pronominum exceptis primitiuis Coniunctiuis possunt coniungi cum Præpositione, vt *per lui*, *per ipsum* *è in mio potere*, *est in mea potestate*, *in me*, *in me*, sed non *in mi*.

Chi in Nominatio semper interrogat, raro refert, nisi antecedens postponatur. *Che & il*, *quale*, tam ad relationem, quam ad interrogationem pertinet sed cum hac differentia. *Che* interrogat absolute & neutraliter, potest tamen etiã coniungi substantiuo, v. g. *con che provisioni*, *cum quibus provisionibus*, *che cosa?* *quæ res?* *quid?* *Il qual* de Substantiuo vel coniuncto vel quod præcesserit, v. g. *che dite voi?* *quid dicitis?* *Il qual Cardinale è morto?* *quis Cardinalis obiit?* *Il corriero è stato ritenuto*, *il quale?* *Cursor detentus fuit*, *qualis?* *qui?*

Chi interrogat semper de persona, non de re. *Che & chi* (quod raro in relatione vsurpatur) Relatiuum refert tam rem, quam personam, sed plerumque personam in utroq; genere, & est vsitatus quam *il quale*, quod tamen sæpè ponitur in relatione, v. g. *ecco Giovanni che solea*, *en Ioannes quem solebas*, *quella cosa che tu dici*, *illa res quam discis*.

Si velis vti Genitiuo *cui*, debes illum ponere inter articulum sequentis substantiuo & inter ipsum substantiuum, v. g. *illa cuius perfectiones*, *coeli le cui perfectioni*.

Sic etiam si vtaris Genitiuo *di lui*, elegantius erit interponere inter articulum substantiuo & ipsum substantiuum, v. g. *la dila di lui*, *ipsum virtus*. Vtuntur verò sæpissime in locum Genitiui *di lui*, *eius*, Pronomine possessiuo *suo*, *suus*, quod accommodant substantiuo *la sua virtù*, *ipsum virtus*.

De aliquibus particulis Relatiuis.

Quotiescunq; ad interrogationem respondendum est, vel simpliciter affirmando; aut negando respondemus per particulas *si*, *ita*, vel *nò*, *non*; vel certè si rem repetimus id per particulas relatiuas facimus, sine quibus Italicè respondere vix posses.

Lo, *la*, *le*, *gli* & *li*, referunt rem aut personam antea denominatam in Accusatiuo, v. g. *prieghi tu Dio?* *si lo prego*, *orane Deum?* *ita*, *oro*. *leggi la scrittura sacra?* *Si*, *la leggo*. *legisne scripturam sacram*, *ita*, *lego eam*. *hai visto quel signori?* *si*, *gl' ho visto*, *vidi sine illos*, *Dominos?* *ita*, *vidi eos*. *Vedesti tu quelle Dame?* *le vidi*. *Vidisti ne illas Matronas?* *vidi*. Respondent Polonicis, *go / te / ich* & *ie*. vt *prosse go / czytam ia / widzialem ich / widzialem ie*.

Le refert etiam rem aut personam Fæminini generis in Datiuo singulari respondetq; Polonico *tey* / v. g. *Viua Vo Signoria felice*, *ch' io*, *in tanto le bacio le mani*. *Viuat Dominatio tua felice*, *ego interim me commendo*.

Gli refert etiam in Masculino genere in Datiuo singulari & *lor* vel *loro* in plurali in utroq; genere, Polonicè esset *mu* & *im*. v. g. *Vedendo Pietro gli disti*, *videns Petrum ei dixi*. *morilem mu*. *Hauendo sentito gl' Ambasciadori*, *lor risposto*, vel *risposti loro*. *Auditis oratoribus*, *respondi*. *odpowiedzialem im*.

Gli etiam refert aliquando in Fæminino genere, vt *Vedendo la mia signora gli disti*, *videns meam Dominam ei dixi morilem tey*.

Particula *ne* sine accentu, (nam cum accentu *nè*, significat *nec*,) rem refert, quæ si deberet repeti, ponenda esset in Genitiuo in eadem locutione Italica (non in Latina) v. g. *hauere del pane?* *ne hò*, *habesne panem?*

panem? habeo. quasi *hò del pane*. Refert pariter rem in Accusatiuo, si coniungatur rei relatæ articulus *hò*, & tunc post particulam *ne*, debet etiam repeti *hò*, v. g. *hauete hò coltello? ne hò hò. habesne culttrum? habeo.*

Habet etiam ista particula *ne* relationem loci seu ex loco, v. g. *Siene Pietro dalla casa? ne Siene. Venitne Petrus domo, Venit.* scilicet *indè*. Vndè aliquibus verbis significantibus motum ex loco ad alium præponitur, vt *me ne hò, abeo. sene parti, discessit.* Adterte tamen quod in huiusmodi verbis, si tollatur particula *ne* dici *si non se, si parti discessit.*

Pro quo notandum primò, *mi, te, si, ei, si, esse* Datiuos vel indifferentes Accusatiuos, Pronominum primitiuorum vt in eorum declinatione notatum est, vbi diximus etiam non posse absolute dici, sed debere coniungi verbis.

Præterea sunt multa verba neutra (& ea vocamus Reciproca (quæ adfiscunt sibi istas particulas, licet non possint reddi Latinè per casus dictos Pronominum, v. g. *partirsi, discedere*, non potest dici, *discedere se*, tamen huiusmodi verba aptant sibi eas quasi Accusatiuos personarum, v. g. *io mi parto, tu ti parti, egli si parte.* Pl. *Nos ci partiamo, Vos vi partite, egli si partono.*

Iam si alicui ex istis particulis postponatur aliqua alia particula relatiua amittit suam terminationem, & mutat *i* in *e*, vt *io, me, ne, hò, tu te ne hai, egli se ne và.* Pl. *nos ce n' andiamo, Vos ve n' andate, egli no se ne vanno.* sic *melo disse, id mihi dixit.* Si autem præponatur his particulis alia Relatiua, seruat sibi primam terminationem, vt *gli si oggettava, obijcebatur es.*

Dixi superius si postponatur alia particula, nam si aliqua

qua ex his postponatur vni etiam ex his, non mutatur terminatio vt *ecco che mi si dono &c.* ecce *me dono vobis, &c.*

Es & si præter significationes antedictas, habent etiam relationem in loco, ad locum & per locum, v. g. *sta egli in casa? se, ci sta, c'è. estne domus? est.* scilicet *sibi.* *Va egli a casa? c'è, itne domum? it.* *Passarà per Parigi? ci passerà; transibitne Parisijs? transibit.*

Ponuntur etiam istæ duæ particule in alijs significationibus, sed quod præcepta vix possunt explicare vsus docebit.

Omnes istæ particule vt plurimum præponuntur verbo immediate, vt *mi discono, mihi dicunt, io le vidi, eum vidi.* vndè si persona verbi ponatur inter articulum & verbum ponitur vt *io gli disse, ego es dixi.* Tamen Infinitiuo verbi Gerundio & Participio & secundis personis Imperatiui plerumque postponuntur, v. g. *Volendogli dire, volens ei dicere, fattolo venire, eo accersito, &c.*

Quando duo sunt verba, liberum est præponere vtriq; vel postponere vel etiam inter vtrumq; ponere v. g. *non poteva trouarsi, non si potea trouare, non poteasi trouare, non poterat reperirsi.*

Postunt etiam eadem particule postponi & eleganter quidem alijs temporibus præsertim tertijs personis tam singularis, quàm pluralis numeri, v. g. *credeuasi, credebatur, disse gli, dixit ei.*

Lor vel *loro*, elegantius postponitur *disse loro, dixit eis.* Vbi concurrunt duæ particule debent simul poni nec separari, nam non dicitur *gli oggett auasi, sed gli si oggettava.*

Ne concurrens cum *alìa* solet semper postponi *me ne hò, abeo, non ne me hò.* Si tamen concurrat cum *lo,*

la li & le Accusatiuum rei referentibus (quod raro euenit) tunc præponitur *ne*, v. g. *mi risolsi far-
nèla consapeuelo, statui facere eam eius rei consci-
am*. Si refertur res vel persona Fæminini Generis in Datiuo, & concurrat alia particula ex his *lo, la, li, le*; in Accusatiuo vel *ne*, tunc in locum particu-
læ *le* referentis in Datiuo ponitur *glie*. Sic in Ma-
sculino vbi *gli* ponendum erat, ponitur *glie*, v. g. *Gedurala curiosa di saper de fatti miei risolsi par-
largliene. Videns eam curiosam sciendi de meis rebus
status cum ea de ijs loquus seu ea ipsi communicare.*

Ve & ce solent præponi alijs particulis, tamen post In-
finitiuum Gerundium aut Participium possunt ali-
quando postponi, v. g. *non mi piacque diruelo vel
dirlovi, non mihi libuit id vobis dicere.*

Quoties aliqua ex his particulis Relatiuis vel etiam
duæ simul postponuntur Infinitiuo Gerundio vel
Participio, vel etiam aliquibus personis aliorum
temporum & modorum tunc coalescunt in vnum
vocabulum cum verbo, cui adhærent, v. g. *crede-
uasi, credebatur, non credena si*, vnde postpositæ
Infinitiuo aut tertiæ personæ plurali alicuius tem-
poris tollunt vltimam vocalem verbi, & adhærent
vltimæ consonanti, v. g. *non potea non amarlo, non
potevat eum non amare, faceuansi grandi apparecchi,
siebant magna preparamenta.*

Hinc etiam fit vt si persona illa cui postponuntur, de-
finit in vocalem accentu notatam, tunc duplicatur
vt plurimum consonans particula Relatiuæ adia-
centis coalescentis in vnam dictionem cum persona.
v. g. *salto al cielo, scsi id calum, sermosi stesi*. In *gli*
& *ce* nihil duplicatur.

Sed quæ ad hoc pertinent melius vsus docebit, iam
incipiamus.

DE SYNTAXI Verborum.

VSus præteritorum perfectorum simplicis & com-
positi in Indicatiuo, & in Optatiuo imperfecto-
rum prioris & posterioris, idem est apud Italos, qui
apud Gallos licet paulò liberior.

Præponitur vt plurimum Pronomen personæ, vbi
non est alius Nominatiuus expressus. v. g. *io insegno,
doceo. tu impari, discis. Pietro ascolta, Petrus audit.*

In interrogationibus solet postponi Nominatiuus vt
& sæpè in Parenthesibus, vt *che dice egli? quid ait
ipse? doue e' il Maestro? Sibi est Magister (dice
egli) inquit (come dice S. Paolo) Et ait D. Paulus.*

Potest tamen omitti Pronomen personæ etiam vbi non
est expressus alius Nominatiuus, tam dum simpli-
citer loquimur quàm cum interrogamus aut in Pa-
renthesi (*dice, inquit) che dice? quid ait? che fa
Pietro? quid facit Petrus? studia, studet.*

Verba memoriæ, obliuionis, accusandi, minandi, &
ea quæ plenitudinem aut inopiam significant. Item
verba priuandi, vestiendi, implendi, onerandi, &
contraria, & Sum quoties possessionem significat
plerumque Genitiuum vt in Latinis regunt, v. g.
*mi ricordo di te, memini tui. scordarsi di qualche cosa,
obliuisci alicuius rei. mi ha accusata di negligenza,
accusauit me negligentia. empire il bicchiero di vino,
implere scyphum mero. ho bisogno di denari, indigeo
pecunijs. questa casa è di quel Gionane, hac domus est
illius adolescentis.*

Præterea *seruarsi, & si, godere frui, rallegrarsi, latari vel
gratulari, dislersarsi, oblectari, & viuere & vesci, & simi-
lia*

lia Genitiuum postulant, vt *mi feruorò della penna; Star calamo, gode de suoi beni, fructur suis bonis.*

Prohibere & Vetare, Vetare, Datiuum Personæ, Accusatiuum rei volunt, vt gli prohibirono l'entrata, prohibuerunt eam ingressu. Sic & verbum insegnare, docere, & alia, quæ duos Accusatiuos regunt apud Latinos, vt plurimum personam in Datiuo, & rem in Accusatiuo adiscunt, vt insegnare a qualcheduno la Filosofia, docere aliquem Philosophiam. domandare a qualcheduno qualche cosa, rogare seu poscere aliquem aliquid.

Interrogare, interrogare, personam in Accusatiuo & rem in Genitiuo vult interrogar qualcheduno di qualche cosa, interrogare aliquem aliquid. Prego, rogo, similiter, sed sæpè ad coniunctiuum pertinet.

Verbum condanno, damno, gaudet Datiuo, vt condannato a morte, damnatus capite, seu quasi ad mortem.

*Verba Actiua Accusatiuum volunt nominis cui præponendus est articulus infinitus vel indefinitus, vt veggio Pietro, viedo Petrum, hò un coltello, habeo cultrum, sic & dum loquimur determinare de aliqua re certa, vel quando post Accusatiuum sequitur relatiuum rem definiens, si non est satis nota, e. g. *renderemi il libro che vi hò imprestato, reddite mihi librum quem vobis concessi, ho riceuute le lettere che mi mandate, accepi literas quas ad me mittis.* Sed quando non fit certa determinatio rei, aut non sequitur vlla relatio post verbum Actiuum & possit aliquo modo reddi Latine per *aliquid* vel *parum*, tunc post verbum Actiuum ponitur Genitiuus cum articulo finito, v. g. *dammi del pane, del vino, &c. da mihi panem, Vinum, &c.* nam bene potest dici, *parum* vel *aliquid panis, Vini, &c.* In plurali tamen numero in hoc casu sæpius ponuntur nomina in Accusa-*

Accusatiuo sine articulo, vt *io hò riceuuto lettere dal Padre, accepi literas à Patre.*

Seruire, seruire, Obbidire, obidire, studiare, studere, & similia neutra volentia in Latinis Datiuum, gaudent plerumque Accusatiuo, seruire Sò Signoria, seruiam Dominationi Vestra.

*Verba liberandi, accipiendi, coercendi, petendi, auferendi, & similia volunt plerumq; præter Accusatiuum Ablatiuum; v. g. *l'hò sentito dal lui, id audiui ab ipso, si canò dal seno, &c. exemst è gremio, poco lungi dalla meta, non procul à meta, scostosi dalla corsera, recessit à via, mi hà liberato dalle carceri, me liberauit carceribus; togliere vel pigliar da qualcheduno licenza, accipere ab aliquo facultatem.**

*Verba tamen petendi & auferendi sæpius gaudent Datiuo, vt *domandai à Pietro il calamaro, petij à Pietro atramentarium, prese al Corriero ogni cosa, ademst Cut fori omnia.**

Ad quæstionem factam per *doue?* *Sbi* vel *quò?* respondebis in Datiuo si fuerit nomen Proprium *Urbis, pagi, Villa, &c.* v. g. *Pietro sospetta a Cracouia, Petrus expectatur Cracouia, andaremo pos a Roma, ibimus postea Romam.* Dum significatur status in loco sæpius vimur Accusatiuo cum Præpositione *in*, vt *il mio fratello stà in Roma, meus frater degit Roma, Il Rè è in Parigi, Rex est Parisijs.*

Si verò Regionis aut Prouinciæ nomen fuerit, respondebis per Accusatiuum cum Præpositione *in*, vt *l'Imperatore è in Germania, Casar est in Germania, me ne Sò in Francia, eo in Galliam.*

Ad quæstionem factam per *Sbi?* responderetur per Accusatiuum cum Præpositione *nel*, si fuerit aliquod nomen appellatiuum Masculini generis incipiens à consonante; si Feminini generis à consonante.

etiam incipiens, dicitur *nella*, si nomen incipiat à vocali dicitur *nell'* v. g. *donec fete staro? Sbi fustis? nel Castello, in Castro, nel Campo, in Castris, nella Città, in Vrbe, nell' essercito.* Si nomen sit pluralis numeri & incipiat à consonante ponatur in Masculino genere *nelli ne i* vel *ne*. in Fæminino *nelle*, si incipiat à vocali *nell'* vel *neglo nell'* *esserciti vel negl' esserciti, in exercitiis, nelle Prouincie, in Prouincijs, nelli, nei ne campi, in campis.*

Respondetur aliquando per Præpositionem absq; vlllo alio articulo, vt *in piazza, in foro, &c.*

Ad quæstionem per quò *donec*, respondetur per Dativum cum sunt nomina appellatiua, vt *quo is? donec Gas? Sò alla Chiesa, al mercato, eo ad templum, ad forum.*

Ad quæstionem factam per quâ per *donec*? respondetur per Accusatiuum cum Præpositione *per*, quodcunque nomen fuerit *passarò per Roma, per la Germania, per il mercato, transibo Roma, per Germaniam, per forum, &c.*

Si per *Unde di donec* vel *da donec*? fiat quæstio? respondetur per Ablatiuum, vt *da donec Venite? Unde Venitis? dalla Chiesa, dalla piazza da Roma, ex templo, ex foro, Româ.*

In nominibus tamen Regionum, Prouinciarum, &c. respondetur sæpè per Genitiuum, vt *d' onde fete? Unde es? di Francia, di Polonia etiam di Parigi, ex Gallia, ex Polonia, Parisijs.*

Ad quæstionem *quando* respondetur similiter per Accusatiuum. *Regnò trent' anni, regnauit triginta annos.*

Ad quæstionem *quando* respondetur similiter per Accusatiuum, vt *l' anno passato, anno superiore, questa settimana; hâc hebdomadâ.*

Si ta-

Si tamen in Polonico fuerit Præpositio *o*, Italicè efferendum est in Dativum, v. g. *a che hora? quotâ horâ? o ktorey? a tre hore vel alle tre di notte, tertia nocte hora, a tre hore auanti il mezo giorno, tertia ante meridiem.* Si de Futuro sit quæstio quod Poloni efferunt per *zâ* / *reddes tu per frâ, v. frâ Sni hora, & di qui a Sni hora; post horam, zâ godziniè.*

Ad quæstionem *quampridem, quanto tempo è?* respondetur per Nominatiuum vel Accusatiuum cum verbo, vt *tre anni sono &c. trzy lata temu.* Cæterum vbi Poloni vtuntur *od* / in tempore potes vti Ablatiuum dicendo *od miodosci / dalla mia gioventù, ab incunte aetate.*

Ad quæstionem *quam procul* seu cum quæritur distantia loci, responde per Accusatiuum, vt *è lontano dalla Città mille pasci vel Sni miglio lontano dalla Città, procul ab Vrbe mille passibus.*

Ad quæstionem *quomodo, come?* respondetur per Accusatiuum cum Præpositione *con*, v. g. *mi ha trattato con grandissimo honore, summo me honore cepit, con che modo, & in qual maniera, quo modo.*

Cum significatur instrumentum, vtitur plerumque Præpositione *con*, cum Accusatiuo, *con la penna scrisse, scribitur calamo.*

Cum significatur causa *propter quam*, sæpius vtitur Præpositione *per* cum Accusatiuo, vt *per vostra colpa questo è accaduto, vostra culpa hac acciderunt.*

Cum excessus significatur, sæpè vtitur Præpositione *in*, vt *auanz' aua tutti in cortesia, humanitate omnibus prestabat.*

Cum significatur materia, respondetur in Genitiuo, vt *Sni pomo d'oro seu fatto d'oro, pomum ex auro factum seu aureum.* Et sic redduntur per Genitiuum omnia ferè nomina adiectiua Latina, quæ Latine

reddi possunt per Genitiuum aut Ablatiuum cum Præpositione, vt *aureum d' oro argenteum d' argento*, *Cracouiensis di Cracouia*, & similia, nam aut similibus carent adiectiuis, aut raro ea adhibent, & præterea illa Polonica adiectiua à nominibus proprijs deriuata, vt *Franciſtoto*, *di Francesco*, &c.

Non habent Itali Ablatiuum absolutum sed reddunt illum vel per Gerundium in *do*, vel per particulam *mentre*, cum Indicatiuo si fuerit in Latino Participium Actiuum, vt *cadente quercu omnes ligna colligunt*, *cadendola quercia tutti raccolgono le legna* vel *mentre cade la quercia*, &c. At si fuerit in Latino Participium Passiuum, tunc reddunt per Accusatiuum Participij Passiui, vt *il che fatto quo fatto*, *sentito il bando*, *audita proclamatione*, vel illum etiam reddunt per præteritum Gerundij habuendo *sentito il bando*, vel tandem per præteritum Infinitiu præposito *doppo*, vt *doppo hauer sentito il bando*.

De verbo Infinitiuo.

Verbum Infinitiuum est etiam aliquando declinabile & admittit quemlibet articulum; nam articulum Infinitiuum requirit dum eo utimur ad circumlocutionem Gerundij Latini vel Participij Futuri, vt *di fare*, *faciendi*, *a fare*, *ad faciendum*, *da fare*, *faciendus*, *a, um*.

Cum ponitur in locum actionis quam significat verbum, seu cum potest reddi per Substantiuum significans actionem verbi, tunc si Substantiuum per quod posset reddi, requirit articulum finitum, apponitur verbo infinito articulus finitus, si Substantiuum vellet habere articulum indefinitum, apponatur indefinitus, v. g. *è cosa brutta il seder* *huomo*

huomo imbraco, turpè est videre hominem ebrium. *Questo è un drise che ho mentito*, hoc est dicere seu quali dicas quod mentitus sim; *misurare il mangiare*, ponderare cibos, *dal conoscere le creature*, si videntur in cognitione de! Creatore, à cognitione creaturarum *venimus in cognitionem Creatoris*, *Calamita ch' allo spirare della tramontana si muoue Magnes*, qui spirante Aquilone seu ad spirantem Aquilonem mouetur.

Inuenitur etiam apud Latinos tale infinitum saltem subiens vicem Nominatiui, v. g. *non est mentiri meum*, non è mentir il mio; *vacare culpa magnum est scitium*, il non hauer colpa è di gran consolazione.

Verbis *Soglio*, *soleo*, *deuo*, *debes*, *desio*, *desidero*, & similibus adduntur infinita multisq; alijs ferè vt in Latinis, v. g. *Deggio andare*, *debeo ire*; *Soglio benere*, *Solo bibere*.

Post *cominciare*, *incipere*, & alia multa verba solet poni ante Infinitiuum articulus *a*, vt *ho cominciato a scriuere*, *scribere capi*.

Post verbum *fare*, *facere*, ponitur sæpè infinitiuus ad significandum id quod Latini dicunt *curare* vel *subere* cum Infinitiuo Passiuo verbi sequentis, vel cum *si*, & Subiunctiuo, vt *Ho fatto fare un cochiaro d' argento*, *lusi*, *curauit fieri cochlear argenteum*, vel *curauit si fieret*, &c. & similes phrasæ Latinæ raro aliter redduntur Italicè quam per istud verbum *fo faccio*, & infinitiuum actiuum verbi sequentis; si tamen velles reddere, vt re verbo *commando*, *subeo*, *vedo*, *vedeo*, *fo*, *efficio*, & verbum sequens ponatur in Subiunctiuo Passiuo, præposita particula *che*, vt *tube hoc fieri*, *Commanda*, *vedi*, *fa che si faccia questo*.

Verba *prego, rogo, domando, peto, persuado, persuadeo, ammonisco, admonéo, prometto, promitto, dico, dico, giuro, iuro*, & vt plurimum *bramo, cupio, cerco, quero*, admittunt Infinitiuum cum particula *di*, vt *Mi prego di venire, rogauit me vt venirem; ha promesso di darmi denari, promisit se mihi daturum pecunias*.

Alias infiniti Latini voces, sæpè per *che* & Subiunctiuum, vel etiam aliquando per Indicatiuum redduntur, & præsertim quando ab Infinitiuo regitur aliquis casus, v. g. *Scribis te ipsum putare, me attractum irasi de pace agatur, Scrius che tu stesso pensi, che io sia per esser allettato, vel che sarò allettato se si trattara di pace; non puo te irasci mihi, non credo che tu sia in colora con me vel contro di me*. Et in hoc imitare linguam Gallicam & Polonicam.

Gerundium in *di* redditur per Infinitiuum cum articulo *di*, v. g. *è tempo di desinare, tempus est prandendi*.

Gerundium in *do* per ipsum Gerundium redditur, *Cantare caminando, ambulando canere*.

Est & Gerundium apud Italos præteriti temporis compositum à verbo auxiliari & participio verbi, & vtrumq; Gerundium habent omnia verba etiam neutra, quod non est apud Latinos, redderetur ergo hoc Gerundium Latine per Subiunctiuum cum coniunctione *cum* vel *postquam*, vt *Hauendo salutato il Padrone me n' andas, cum salutassem Dominum seu salutato Hospite abij, pozegnuawszy sie 3 Gospodarzem possedem*.

Aduerte quod & huiusmodi phrasis etiam potest reddi per coniunctionem *doppo che, postquam*, vt in coniunctione habes, & præterea per Participium Passiuum, v. g. *Salutato il Padrone me n' andas*, & per idem

idem participium cum verbo auxiliari, hoc modo, *Salutato che hebbi il Padrone me n' andas*.

Gerundium Latinum in *dum* redditur apud Italos per infinitiuum cum aliqua Præpositione vel articulo, v. g. *non è atto à lauorare, non est aptus ad lauorandum; mi hà dato denari per pagare vel da pagare i creditori, dedit mihi pecunias ad soluendum creditoribus; ho molta da fare, habeo multa agenda*.

Vbi præponuntur Gerundijs apud Latinos Præpositiones, Italicè quoq; sunt præponendæ Infinitiuo, v. g. *Ante pugnandum, auanti di combattere vel auanti il combattere; in facendo, nel fare vel in fare, inuenitur etiam in facendo; ab inuidendo, dall' inuidiare; trattiamo del passar in Francia, agamus de transendo in Galliam; cum loquendo, col parlare; circa il partire, circa proficiscendum; in su' l' cessar della pioggia, sub seu secundum cessatam pluuiam, seu statim atq; cessat pluuiam. Sic in su' lo schiar ire del giorno, secundum ortum diei*. Et hic modus loquendi est frequens valdè apud Italos. Inter scribendum, nello scriuere, sed melius videtur per *mentre* cum Indicatiuo, vt *inter scribendum venit Dominus, quasi dum scriberem, mentre io scriueua venne il signore; senza dir nulla nihil discendo absq; eo quòd dicas quidquam*.

Supinum Latinum in *um* reddunt Itali per infinitiuum actiuum, vt *andamolo cercare, eamus cum quaesitum; sæpius addunt Infinitiuo a, andiamo a cenare, eamus canatum; mandano a domandare aiuto, mittunt rogatum auxilium*.

Supinum in *u* reddunt per Infinitiuum passiuum cum articulo *di*, v. g. *Questo libro è degno d' esser letto, hic liber dignus est lectu; facile a leggere, lectu facilis quasi ad legendum*.

De Verbo Passiuo.

Verba Passiua volunt post se Ablatiuum, vt quello che è amato da Dio viene spesso odiato da gl' huomini, is qui amatur à Deo sèpe odio habetur ab hominibus. Vbi nota hanc circumlocutionem sèpe per elegantiam fieri apud Italos tam in actiuo quàm in Passiuo; In actiuo per verbum *Vengo*, *venio*, & per Gerundium in *do*; In passiuo per idem verbum *Vengo* & participium passiuum, v. g. *Viene facendo facit*, *Viene fatto fit*, sed quia difficilis est horum vsus, ab ijs abstineat Tyro.

De Participio.

Participio actiuo raro vtuntur Itali, sed loco illius adhibent Gerundium in *do*, quod sui verbi constructionem sequitur.

De Aduerbio.

Aduerbia quantitatis quæ in Latinis regunt Genitiuum gaudent etiam in Italicis eodem casu, sed cum articulo infinito, vt *En poco di pane*, *parum panis*, sed Adiectiua potius nomina videntur quàm Aduerbia, vnde sèpe accommodantur Substantiuis, vt *poco pane aff. u aqua*, *parum panis multum aqua*.

De Præpositione.

Circa Præpositiones nihil aliud considerandum occurrit, præter casum quem regunt. Regunt autem vel Genitiuum, vel Datiuum, vel Accusatiuum, vel Ablatiuum.

Fuors, *extra*, gaudet Genitiuo, *fuori della Città*, *extra Ciuitatem*; *dentro intra*, *dentro dell' anima*, *intra animam*, hæc tamen gaudent etiam & Accusatiuo & Datiuo, *dentro l' anima* & *dentro all' anima*, vt & sequentes *intorno* vel *attorno*, *circum*, *Sicino*, *propè*, *verso*

verso, *versus*, *accanto*, *iuxta*, *dietro*, *pone*; *appresso*, *presso* & *appo*, *apud*, *sopra*, *supra*, *sotto*, *sub*.

Datiuum regunt *dirimpetto*, *in faccia*, *in contro aduersus* & *regione*, vt *dirimpetto al sole*, *aduersus solem*. *Insino sino*, *fino*, vel ante vocalem *sin' fin'*, v. g. *fin a questo punto*, & *qz ad id punctum*, & *qz adeò*. Sequentes gaudent aliquando Datiuo, aliquando Accusatiuo; *auanti*, *ante*, *coram*, *dianzi*, *manzi* vel *diansi*, *coram*; *contro*, *contra*; *circa* & *incirca*, *circiter*; *oltre*; *oltra*.

Accusatiuum regunt *con*, *cum*. Inuenitur & *coll* ante vocalem, vt *con me*, *mecum*; *coll Imperadore*, *cum Imperatore*; *doppo*, *post*; *fra* & *infra* & *tra*, *inter*; *in in*, absq; articulo *nello* vel *nella*, in Plurali *nei* vel *nelle*, *in*; *per*, *per*; *pro*, *propter*; *su*, *supra*; *secondo*, *secundum*; *senz'a*, *sine*; hæc etiam cum Genitiuo inuenitur *senz'a di lui*, *sine eo*.

Ablatiuo gaudent vel Genitiuo *di què*, *cis extra*, *di qua del mare*, *di què dal mare*, *cis mare*, *dilà trans*, sed propriè non sunt præpositiones sed circumlocutiones præpositionum, vti sunt & alia multa.

Cum autem tibi occurrant Præpositiones Latinæ *ex*, *e*, *a*, vel *ab*, scribe nomen Italicum in Ablatiuo sine alia præpositione, *Vento ab illo*, *Vengo da lui*, *ex Ciuitate*, *dalla Città*.

Præpositio Latina *de* redditur per Genitiuum, v. g. *Quid dicis de me?* *che dici di me?*

Sic etiam quando *ad* est reddendum, in Datiuo solummodo scribe nomen Italicum, quod etiam fit pro *in* in nominibus proprijs, &c. vt iam dictum est, v. g. *eo ad vel in Ciuitatem*, *So alla Città*.

Præpositio inseparabilis *ri* significat rem de nouo fieri, & respondet Latinæ *re*, *refare*, *reficere*. *Stra* inseparabilis significat *extra* vel *trans*, vt *Strordinario*, *extraordinarius*.

De Coniunctione.

Coniunctiones copulatiuæ sunt *e* & *et*. Et præponitur voci incipienti à vocali, *e* verò à consonante, *pure*, *ancora*, *quoq;*, *ancora anco*, *anche etiam*, *insene simul*, *ancora adhuc*, *e, e, et, et*, *si come*, *tam quàm*, *cosi*, *come anco*, *cum*, *tum*, *si come*, *quemadmodum*, *cosi*, *ita*, *ne nec*, *neanco*, *nequidem*, *si vel cosi che*, *tam vel adeo* &c.

Disiunctiuæ *ò*, *o*, *vero*, *vel*, *aut*, *sive*, *se*, *an*, &c.

Aduersatiuæ *mà*, *sed*, *nondimeno*, *mentedimeno*, *tutta-uisa*, *contuttocio*, *tamen*, *adogni*, *modo*, *pure*, *tamen*, *pero*, *tamen*, *se bene*, *etsi*, *ancor che benche*, &c. *etiamsi*, &c.

Causales *imperòche*, *nam*, *perche*, *quia*, *accio* & *accio che* &c. &c.

Ratiocinatiuæ *dunque*, *adunque*, *ergo*, *però*, *ideo*, &c.

Si *dum* significat *quidem* postponitur in oratione.

Reliquæ coniunctiones vel necessariò præponuntur,

vt *mà*, *sed*, *se*, *si*, *e*, *et*, *nè*, *nec*, *peròche*, *nam*, *accio*,

vt *gràche*, *siquidem*, *ancorche*, *sebene*, *licetsi*, & similes.

Vel modò præponuntur modò postponuntur, vt

pure, *però*, *dunque*, *mentedimeno*, & cæteræ.

Sebene, *etsi*, *gaudet* Indicatiuo, *ancorche*, *benche*,

& cæteræ Synonimæ gaudent Subiunctiuo, vt &

purche, *modo*, *accio* & *accio che*, &c. aliarq; in coniugationibus Verborum expressæ.

De Interiectione.

Interiectiones Itali pauca habent, etsi quæ casum Iregunt Accusatiuum, vt *oi me*, *mifero me*, *o Dio*, *ah me miserum*, *proh Deum*.

F I N I S.



JAGALLONICAR

